



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disputatio prima de existentia prædestinationis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

DISPUTATIO PRIMA.

DE EXISTENTIA ET ESSENTIA Prædestinationis.

NOMEN prædestinationis tripliciter usurpari solet. Primum in ampla quadam & larga significacione, pro decreto scilicet, prædefinitione, seu prædestinatione æterna cuiuscunque rei à Deo efficacitatem in tempore. Sic eam accepere Dionysius de divinis nominibus cap. 5. Damascenus ratione 1. de imaginibus, Author Hypognosticon libro 6. Iulidorus libro 1. sententiarum cap. 18. Hieronimus super capit. 1. ad Ephes. ubi sit, Prædestinationem predefinire. Et D. Augustinus tractans in Joannem, dicens: Deus fecit futura et perfinendo. Et de prædestinatione Sanct. cap. 10. prædestinationem sibi Deus ex prescivit quæ fuerint futura. Quam acceptancem, non stridam, sed generalem esse docent Hugo Victorinus libro 1. de Sacramentis parte 2. cap. 21. & D. Thomas hic art. 1. ad 2.

Secundo usurpari solet prædestinationem, pro definitione seu deputatione reproborum ad æternum supplicium. Sic Augustinus libro 15. de civitate cap. 1. Fulgentius libro ad Monimum cap. 12. 28. & 19. Prosper ad 10. & 11. objectionem Vincentianum, & Concilium Valentini capite 3. ubi sit Fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem. Ceterum hanc etiam acceptancem à proprietate significacionis deficere, ex eo convincitur, quod punio, seu externa damnatio, non est finaliter creaturæ, quem prædestinatione resipere debet.

Tertio prædestinationem cum omni proprietate sumit, pro transmissione creaturæ intellectuali ad æternam beatitudinem: qualiter prædestinationis nomen, quotiescumque absolute profertur, accipiendum esse docent communiter Theologi, & de illa sic accepta disputant cum Magistro iuri dist. 40. & 41. & cum D. Thoma hic quæst. 2. De hac etiam eleganter differunt plures ex SS. Patribus, prefertim Augustinus in libris de prædestinatione Sanctorum, de dono perseverantis, & de natura & gratia. Prosper contra Celatorem, & ad objections Gallorum. Fulgentius libro 1. ad Monimum, & Anselmus libro de Concordia prædestinationis cum libero arbitrio.

ARTICULUS PRIMUS.

An homines prædestinatur à Deo?

Hæc difficultas in triplici sensu agitari potest. Primus est, an de facto sit ponenda in Deo hominum prædestination? Secundus, an illa sit Deo conveniens? Tertius, an supposito quod aliqui homines salvetur, necessarium fuerit illos à Deo prædestinari, & in vitam æternam, abso- luto & efficaci decreto præordinari? & in omni- bus est resolvenda.

Iom. 11.

A. 3.

Existentia & convenientia prædestinationis breviter suadetur.

Dico primò: Dari in Deo prædestinationem. Hæc conclusio certa & indubitate fide tenenda est, de ejus enim veritate à nemine dubitatum est, præterquam ab aliquibus Gentilibus, qui divinam providentiam negaverunt, & in quorum persona dicitur Job. 22. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœlum perambulat. Velebitum ab Atheistis, qui negant immortalitatem animæ, negaverunt consequenter prædestinationem ad gloriam: de quibus dicitur Sapient. 2. Et nescierunt sacramenta Dei, nec speraverunt mercedem iustitiae, nec indicaverunt honorem antiquarum sanctarum. Velenique ab aliquibus hereticis, qui insallibilitatem & certitudinem divinæ prædestinationis, cum libertate & contingentiæ nostrorum actuum conciliare non valentes, aut non volentes, negaverunt homines à Deo prædestinari.

Probatur ergo primò conclusio ex variis Scripturæ testimoniis: dicitur enim ad Romanos 8. Quos prædestinavit, hos & vocavit. Ad Ephesi. 1. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei, per Iesum Christum Actuum. 43. Crediderunt quoque erant præordinati ad vitam æternam. Et alibi passim, sub electionis nomine hæc veritas traditur, ratioque Divi Thomæ hic articulo 1. ad hanc formam redacta, illam suadet. Ratio transmissionis creature rationalis in finem vitæ æternæ, prædestinatione appellatur: Athæa ratio existit in Deo ab æterno, cùm quidquid in tempore exequitur, ab æterno in sua mente dispositum habeat: Ergo datur prædestinatione in Deo.

Vel aliter (ut à varietate sententiarum circa prædestinationis essentiam pro nunc abstractamus) potest ratio Divi Thomæ proponi. Quidquid Deus in tempore exequitur, ab æterno in sua mente disponit, & æternæ voluntate decernit: cùm nec voluntas ejus aliquid de novo in tempore velle, nec ejus intellectus aliquid de novo intelligere seu disponere possit, ratione immutabilitatis physicæ, vel moralis: de quo Tractatus precedentis: Sed Deus in tempore plures homines & Angelos ad gloriam transmittit. Ergo hanc transmissionem ab æterno in suo intellectu disposit, suaque voluntate decrevit: Sed vel in actu intellectus disponente, vel in actu voluntatis decernente, vel in utroque simul, sita est prædestinatione: Ergo illa datur in Deo. Unde Bernardus in Tractatu de libero arbitrio, loquens de providentia Dei, ait quod illa attingit à fine usque ad finem destinatum à Cœatore, sive in quem urget na-

Disp. 3.
art. 4.

A. ji

tura

4 D I S P U T A T I O P R I M A.

tura , sive quem accelerat causa , sive quem concedit A
gratia.

Dico secundò : Conveniens fuit Deum homi-
nes prædestinare.

Probatur primò ratione D. Thomæ hic art. 1.
Ad divinam providentiam pertinet res in finem
ordinare: Sed per prædestinationem creatura in-
tellectualis efficaciter in finem ultimum (claram
scilicet Dei visionem) dirigitur, & ordinatur.
Ergo illa est Deo conveniens.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio.
Finis ad quem res creatae ordinantur est duplex :
alter qui est naturæ creatæ proportionatus ,
quem scilicet res creatae potest attingere secun-
dum virtutem sua nature ; alter qui excedit vi-
tates & facultatem naturæ creatæ , scilicet vita æ-
terna , quæ in clara Dei visione consistit . Sieut
ergo conveniens est quod Deus generali suâ pro-
videntiâ , omnes creatureas in fines eis connaturaliter debitos , efficaciter ordinet & promoveat.
Ita etiam infinitæ ejus sapientia & bonitati con-
gruit , ut per speciale aliquam providentiam ,
quæ prædestinatione appellatur , aliquos homines
& Angelos , per auxilium gratiæ efficaciter ordi-
net & transmittat ad æternam beatitudinem . Ad
illud enim ad quod non potest aliquid virtute sua na-
tura pervenire , oportet quod ab alio transmittatur ,
sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum : in-
quit S. Doctor. Unde Vates Regius loquens
de electis ait : sicut sagitta in manu potentis , ita
filii excusorum . Quibus verbis , sagitta à sa-
gittante excussis , quæ non proprio motu , sed
illius impulsu , in scopum feruntur , aptissime
prædestinatos comparat : quia celestis gloria to-
tius naturæ vires superat , altiusque aspergit , ut
possit ad eam creatura rationalis pertingere , nisi
speciali Dei ordinatione , seu prædestinatione ,
admodum sagittæ , ad illam transmittatur : juxta
illud Isaiæ 49. Posuit me sicut sagittam electam , in
pharetra sua abscondit me . Cui etiam consonant
præclara hæc Augustini verba in Psalm. 119. No-
vit Dominus sagittare ad amorem , & non pulchrius sagit-
ta ad amorem , quidam qui vere verbō sagittat ; in-
sagittat tor amantis , ut adiuvet amantem ; sagittat ,
ut faciat amantem

Probatur secundò conclusio Conveniens est
quod Deus se communicet creaturis intellectua-
libus secundum omnes ordines quibus potest illi-
bus se communicare , bonum enim est sui diffusi-
vum & communicativum , ut ait Dionysius. Un-
de sicut Deus in ordine naturæ se communicat
omnibus creaturis , eis largiendo esse , vitam ,
sensem , intelligentiam , omnisque facultates ,
potentias , & perfectiones connaturaliter debi-
tas ; & adeò munificus est , ut etiam in malos di-
ves sit , quibus innumera quotidie bona largitur :
Qui florē locis huius (inquit Tertullianus) su-
per iustos & iniustos equaliter spargit , qui tempo-
rum officia , elementorum servitia , totius geniture
tributa , dignis sicut & indignis patitur occurtere .
Et sicut etiam in ordine gratiæ , dona supernatu-
ralia hominibus distribuit , illisque gratiam san-
ctificantem & auxiliantem largitur ; ita etiam
congruum fuit , ut aliquibus creaturis intellectua-
libus , in ordine gloriæ , per claram suæ essentiae ,
suorumque attributorum manifestationem , se
communicaret : non potest autem se hoc modo
communicare , nisi prævia prædestinatione ; quia
ut supra cum D. Thoma dicebamus , Ad illud ad
quod non potest aliquid virtute sua natura pervenire ,

oparet , quod ab alio transmittatur : Ergo conve-
niens fuit aliquos homines & Angelos à Deo pa-
rare.

Confirmatur : In creatura intellectuali effica-
citas peruenienti ad istum finem , ut ostendim-
us in Tractatu de visione beata : Ergo conve-
niensissimum fuit , ut in illum transmis-
sionem & perducetur à Deo per auxilium gra-
tiae .

Addo quod , convenientissimum est , Deum
sua attributa pluribus tam hominibus quam An-
gelis manifestare : Atqui per prædestinationem
plurimum manifestantur divina attributa , tum
quia finis prædestinationis est clara & intuitiva
visio Dei ut est in se : tum etiam , quia in dis-
cretione & transmissione creature intellectualis in
vitum aeternam , mirum in modum reuce Dei
potentia , sapientia , bonitas , misericordia , & ju-
stitia , ut constabit ex dicendis in discursu hujus
Tractatus : Ergo &c.

§. II.

Solvitur tritum & commune argumentum quod contra
prædestinationem fieri solet.

Non inutile forsitan erit diluere hic , & mi-
nister ostendere , stultum pro�us effici
illitorum imperitorum vel pravorum quorum
dam hominam , in negotio salutis , satius vul-
garem ratiocinationem , qui sic de se argumen-
tantur . Si à Deo prædestinatus sum , salvabor
si sum reprobus , damnabor ; quocunque ergo mo-
do , vive bene , sive male visero , salvabor si
sum prædestinatus , & damnabor si reprobato
sum .

Hoc argumento delusus olim quidam Mon-
chus , tempore D. Augustini , à religione de-
cit , & sicut canis reversus est ad vomitum , ut
refert ipse S. Doctor libro de dono persever-
tiatione cap. 15. Eadem ratiocinatione & discu-
siu[m] moventur hæretici hujus temporis , ut ne-
cessitate bonorum operum , & nostrorum &
ætuum libertatem lexcludant . Quare ad illos di-
rigi possunt lepida hæc Tertulliani verba .
canes quos foras Apostolus expellit , latrantes
Deum veritatis ! hac sunt argumentorum ossa quæ
obroditis .

Hui igitur argumento cornuto , quod expe-
tre diabolo est , & quod multarum heresum or-
igo , fomes , ac seminarium fuit , dicendum est
cum Augustino citato , illud à confienda Dei
gratia & prædestinatione non debere deterre
Catholicos : Sicut (inquit) non deteremus à
confienda Dei præscientia , si quis de illa populo si-
quatur , & dicat : sive nunc recte vivat , sive an-
recte , tales vos eritis postea , quales vos Deus futuri
esse præsivit : vel boni , si bonos , vel mali , si mali
&c.

Cur etiam in aliis negotiis , non par modo
ratiocinantur impi ? Cur non dicunt : nō
Deus hunc agrum v.g. hoc anno feracem fore ,
aut sterilem . Si feracem novit , sive à me culis
fuerit , sive non , uberes mihi fructus feret . Si
sterilem , ergo talis erit , etiam si ipsum affidue
coluerim . Vel prævidit Deus fore me doctum ,
vel non fore ? Si primum , omnino doctus ero ,
sive studeam , sive non ? Si secundum , etiam
si nulli parcam labori , & totos impendam dies
noctesque in studiis , nihil proficiam . Similiter
prævidit Deus te hodie cœnaturum , vel non ?

Libro de
patien-
cia.

DE EXIST. ET ESSENTIA PRAEDESTINATIONIS.

5

Si primum licet de cena nihil cogites, nihil ad A
cam pares, nec te moveas, cōnabis tamen op-
pare. Si fecundum, quantumvis pro cōna solli-
citus sis, inveniūtūs eris. An non ridēs? & explo-
dēs ūniū & similes discursus? Sicut literā iām
absurda est hāc argumentatio, quā Monachum
illam in apostasiam & desperationem induxit, &
falsa illa consequentia. Si sum p̄destinatus,
quidquid fecero, salvabor. Si enim es à Deo
electus ad gloriam, utique non per quācunque,
sed solum bona opera comparandam. Sicut
enim Deus non statuit nisi per media idonea
non concedere, ut sanitatem per medicinam, vi-
tiorum per strenuam pugnam, scientiam per di-
ligentiam studii, sic salutem aeternam, non
mit per bona opera. Et sicut Deus ab aeterno p̄-
videt & constituit sertilem fore agrum tuum, per
diligentiam à te ejus culturam, vel sterilem, si
illam in culmum reliquias: te doctum fore, per
studiorum negligientiam: te cōnaturum iis quae
parvus, & non cōnaturum, per de fidiam &
cōstitutam tuam. Ita prævidit & p̄destinavit
te salvandum, per mandatorum obseruantiam,
non salvandum, propter eorum transgressionem:
ut elegantur exponit Angelicus Doctor hic art. 8.
hōerbis. Sicut si providentur naturales effectus,
ut in cause naturales ad illos naturales effectus or-
buntur, sine quibus illi effectus non provenient: ita
si p̄destinatur à Deo satus aliquo, ut etiam sub
obligatione p̄destinationis cadat quidquid hominem promon-
tit in salutem, vel orationes propria, vel aliorum,
vel alia bona, vel quidquid biusmodi sine quibus ali-
quis salutem non consequitur. Vnde p̄destinatis con-
cordum est ad bene operandum, & operandum, quia
per hanc modi p̄destinationis effectus certitudinaliter
impletur: propter quod dicitur 2. Petri 1. Sat. agite ut
per bona opera certam vestram vocationem & electionem
ficiatis.

Hanc doctrinam ex purissimis ac limpidisissi-
mis SS. Patrum fontibus haustū D. Thomas: D
Profer enim 2. de vocat. Gentium cap. 36.
si dilexerit: Quamvis quid Deus statuit nullē posse
tame non fieri, studia tamen non tolluntur orandi,
ne per electionem propositum, liberi arbitrii devotio rela-
zatur, cū implenda voluntatis Dei, ita sit p̄destina-
tus eff̄ctus, ut per laborem operum, per instantiam
sufficiētū, per exercitū virtutum, sint incre-
menta meritorum; & qui bona egerint, non solum
saudām propositum Dei, sed etiam secundū sua
merita coronentur. Item Gregorius Magnus hæc
sc̄ribit: Obtineri nequaquam possunt quia p̄destinata
nisi fuerint, sed ea que sancti viri efficiunt, ita p̄-
destinata sunt, ut ea precibus obtineant. Nam ipsa quo-
que premi p̄destinatio, ita est ab omnipotente dispo-
sa, ut ad hoc electi ex labore perveniant, quatenus postu-
lando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus di-
git donare.

§. III.

Statuit p̄destinationem esse necessariam
ad salutem,

Dico tertio: P̄destinationem ita esse ne-
cessariam ad salutem, ut sine illa impossili-
bus sit aliquem de facto salvari: nec satis esse ge-
neralem providentiam ordinis supernaturalis,
sue voluntatem antecedentem quā Deus vult
omnium salutem.

Tom. II.

Est contra Catharinum lib. 2. de p̄destin. cap.
ultimo, affirmantem plures salvari, qui non p̄-
destinantur à Deo. Distinguunt enim duo genera
salvandorum, alterum per p̄destinationem, sub
quo numerat Beatissimam Virginem, Aposto-
los, & alios eximiā sanctitatis: alterum eorum
qui sine illa salvati sunt, sub quā cōteros compre-
hendit.

Est etiam contra Molinam, Suarez, Lessium,
& alios Recentiores, qui cum existimant p̄de-
stinationem esse factam dependenter à scientia
media explorante futurum consensum voluntatis
creatae, docent non adeo esse necessariam ad sa-
lutem, quia potuerint homines salvi fieri sine
illa, per solum providentiam generalem, quā
Deus velit conferre illis media sufficiētia ad sa-
lutem, quibus possint uti si velint, nullum ab-
solutū p̄destinando, sed solum sub conditione.
Addunt aliqui, quid si Deus voluntate absolutā
& per se efficaci vellet salvare homines, eorum
libertas destrueretur; quia ex illa induceretur ne-
cessitas antecedens, libertati contraria.

Nullum tamen de facto posse salvari, nisi fue-
rit p̄destinatus, docent omnes ferē Theologi,
& adeo constanter, ut Soto ad Roman. 8. Ban-
nez hic art. 7. concl. 3. Gonzalez disp. 70. sc. I.
dicant id sine p̄judicio fidei negari non posse.
Dicitur enim Matthæi 25. Venite benedicti Pa-
triis mei p̄sidete paratum vobis regnum: p̄pära-
ratio autem regni cœlestis fit per p̄destinationem,
ut docet Augustinus Tractatu 68. in Jo-
annem: ubi explicans illa verba Christi: In domo
Patriis mei mansiones multa sunt, dicit: Deus fecit
illas p̄destinando, facturus est operando: Unde Ful-
gentius de fide ad Petrum cap. 35. ait: Firmis-
me tene, & nullatenus dubtes. omnes, quos p̄sa-
mis ricordie gratuita bonitate Deus fecit, ante confi-
tutionem mundi in adoptionem filiorum Dei p̄de-
stinatos à Deo; nec perire posse aliquem eorum, quos Deus
p̄destinavit ad regnum cœlorum, nec quempiam eo-
rum quos non p̄destinavit ad vitam, ULLA POSSE
RATIONE SALVARI. Sunt ergo p̄destinationem
esse adeo necessariam, ut nullus sine illa pos-
sit salvari.

Favet etiam D. Thomas hic art. 7. ubi docet
numerum salvandorum esse Deo certum, non so-
lum ratione cognitionis, quia scit quot sint sal-
vandi, sed ratione electionis & definitionis: ubi per
definitionem & electionem, intelligi p̄destinationem. Et in 1. ad Annib. dist 46. quæst. unica
art. 2. ad 2. ait quid voluntas antecedens non
habet effectum, nisi voluntas consequens adjun-
gatur: Ergo sentit homines non posse salvari per
solum voluntatem antecedentem, & generalem
providentiam supernaturalem, quā Deus decer-
neret dare auxilia sufficientia, abique p̄defini-
tione & voluntate absoluta usus illorum, nec
consequenter absque p̄destinatione.

Potest etiam suaderi conclusio ratione § p̄de-
cedenti exposita. P̄destinatio est ratio trans-
mittendi aliquem in vitam aeternam: Sed nullus
salvabi potest, nisi transmittatur à Deo in vita
aeternam, cū illa excedat vires creaturæ intelle-
ctualis, sicut sagitta non potest attingere sco-
pum, nisi transmittatur à sagittante: Ergo nul-
lus salvatur, nec salvabi potest, nisi fuerit à Deo
p̄destinatus.

Confirmatur: Sic sc̄ habet p̄destinatio Dei
ad consecrationem salutis aeternæ, sicut provi-
dentia in aliis rebus ad finem quem intendit: Sed
nihil

15

16

17

DISPV TATIO PRIMA

6

nihil potest consequi finem per providentiam intentum, nisi per divinam providentiam: Ergo nec potest aliquis consequi salutem aeternam, qui non fuerit ad illam praedestinatus. Unde Prosper in resp. i. ad objectiones Gallorum: *praedestinationem (inquit) Dei nullus Catholicus negat.* Et in Epist. ad Rufinum de libero arbitrio: *Praedestinationem tam impium est negare, quam ipsi gratia contrarie.*

19 Probatur insuper conclusio. Si ad salutem consequendam sufficeret sola voluntas antecedens & conditionalis salvandi homines, si ipsi velint, & sola generalis providentia, quæ Deus decerneret dare auxilia sufficientia, ab illo prædefinitione & voluntate absoluta usus illorum, nulla esset differentia ex parte voluntatis divinae inter prædestinatum & reprobum, & tota illorum discrecio proveniret ex libero hominis arbitrio: Sed hoc est contra Apostolum I. ad Corinth 4. dicentem, *Quis enim te discernit?* &c. & contra Augustinum I. de civit. cap. 19. ubi docet discretionem bonorum & malorum Angelorum fuisse à Deo, & ait, *Inter sanctos Angelos & immundos fuisse disreturn, ubi dictum est: & divisit Deus inter lucem & tenebras; solus quippe ille ista discernere potuit.* Quod à fortiori de hominibus sentiendum est, nam ut lepidè ait Bernardus serm. 2. de verbis Iaiae: *Quid putas non discernet inter geras, qui discernit inter fellos?* Ergo &c. Sequela Majoris est evidens, nam voluntas antecedens, & generalis providentia, aequalis est respectu omnium, & auxilia quæ ex illa proveniunt, relinquunt voluntatem indeterminatam: Ergo quantum est ex parte talis voluntatis & providentia, nulla est differentia seu discretionis inter prædestinatum & reprobum, sed tota provenit ex ipso libero arbitrio. Unde D. Prosper in carmine de ingratis cap. 6. in fine, referens sententiam Semipelagianorum, qui negantes propositum Dei absolutum & efficacem, dicebant Deum velle omnes homines salvos fieri, si ramen vocanti Deo consentire voluerint, sic habebat.

*Cum sine delectu, seu lex, seu gratia Christi,
Omnem hominem salvare velit; donumque vocans:
Si sit propositum, ut nullus non possit ad illud.
Libertate sua, proprioque vigore venire:
Sicque salus dignus salvari ex fonte volendi.*

20 Præterea, si quis salutem consequeretur sine prædestinatione, & decreto efficaci & absoluto, illum transmittente in vitam aeternam, affectio talis finis effeta casu, & præter intentionem Dei; quod repugnat infinitè ejus sapientie & providentiae, & Deus ageret tunc non secundum consilium voluntatis sue, ut ait Apostolus, sed secundum determinationem & propositum voluntatis creatæ; nec eligeret homines, sed potius ab illis eligeretur: contra illud Christi Ioan. 15. *Non vos me elegitis, sed ego elegi vos.*

21 Denique hæc sententia Catharini, specialem Dei dilectionem erga electos penitus evanescit, non distinguit prædestinationem à providentia generali ordinis supernaturalis, divinorum decretorum & auxiliorum efficaciam enervat, altitudinem hujus mysterii deprimit, pluraque alia congerit & accumulat absurdia & inconvenientia, quæ patibunt ex infra dicendis. Unde Fulgentius: *Omnia & vocationis nostra initia, & iustificationis premia, semper in prædestinatione Deus habuit, quia in vocatione, & in iustifica-*

*Lib. 1.
ad Mo-
num
cap. 1.*

tione, & glorificatione sanctorum, gratie sue futura prescrivit. Et rursus cap. sequenti: *In aliis quippe immobilitate constituti, secundum bonum placitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in celo & quæ in terra sunt: in ipso ex aeternitate dispositionis suo, in prædestinatione jam fecit quemque effectu operis sui, tempore congruo facienda dispositus.*

§. IV.

Solvuntur objectiones.

Objicies primò: Si prædestinationis effectus absoluē ad salutem necessaria, fequeretur quod reprobis non posset salvari, nec consequenter ipsi imputari damnatio: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: *cum enim divinum decretum sit aeternum & immutabile, reprobis non potest prædestinari:* Ergo si prædestinationis effectus ad salutem absoluē necessaria, sequitur reprobum non possit salvare.

Respondeo distinguendo Majorem. Reprobis non posset salvare: Potentia consequenti, & in sensu composito, concedo Majorem. Potentia antecedenti, & in sensu diviso, nego Majorem: ad cujus probationem eodem modo distinguendam est Antecedens, & neganda Consequenta. Solutio est D. Thoma hic art. 3. ad 3. & art. 3. ubi sic habet: *Non opera dum quod Deus posuit nou prædestinare quem prædestinari, in sensu composito accipiendo, licet absolute constitando Deus posuit prædestinare vel non prædestinare.* Eodem modo responderet Quæst. 6. de vent. art. 4. his verbis: *Dicitur communiter quæ hoc propositio, Deus potest non prædestinatum prædestinare, in sensu composito est falsa, in diviso vero ideo omnes intentiones ille que sensum compositum impluant, sunt falsa simpliciter.* Legendum est etiam quæst. 23. art. 5. ad 3. ubi inquit: *Quoniam non esse effectus divine voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate, tamen potest a deficiendo effectum, simul stat cum divina voluntate.*

Dicitur: Non enim ista sunt incomposita: Deinde ipsum salvari, & iste potest damnari; sed ista sunt incomposita: Deus vult ipsum salvari, & iste damnatur. Idem proportionaliter dicendum est de reprobis.

Alii eandem solutionem sub aliis terminis induunt: dicunt enim, quod haec propositio, non probus potest salvari sine prædestinatione, est vera, si illa particula sine reduplicet supra potentiam falsa verò, si determinet verbum salvare: nam licet reprobatio non tollat potestatem ad salvandum, impedit tamen actualem ejus consecutionem. Quæ etiam solutio sumitare D. Thomæ quæst. 1. de potentia art. 5. ad 1. ubi ait: *Ita locutio, Deus non potest facere nisi quod prædicti se fallere, est duplex: quia excepto post referri ad patrem quam importatur per ly potest, vel ad alium qui importatur per ly facere.* Si primo modo, tum locutio est falsa, plura enim potest facere quam prædicti se fallere: si autem secundo modo, sic est vera, & factus est, quod non potest esse quod aliquid fiat à Deo, id non sit à Deo prædictum.

Objicies secundo: Homo potest salvari per auxilia sufficientia ordinis supernaturalis, cum per illa sufficienter ordinetur & promoveatur ad vitam aeternam: Sed auxilia sufficientia proveniunt ex voluntate Dei antecedente, & generali providentia ordinis supernaturalis: Ergo sine præ-

DE EXIST. ET ESSENTIA PRÆDESTINATIONIS.

7

summae homo potest salvare, per voluntatem A antecedentem, & providentiam generalē orationis supernalis.

Respondeo distingendo Majorem. Potest salvare per auxilia sufficientia, poterā antecedenti, & ab acta divisa, concedo Majorem. Potentia consequenti, & conjuncta cum effectu, nego Majorem. Solutio patet ex dictis in precedentibus.

ARTICULUS II.

Quos actus intellectus & voluntatis exigat prædestinationis, usque ad sui executionem?

s. i.

Quibusdam premissis difficultas resolvitur.

Certum est ad prædestinationem ex parte voluntatis divinae necessarium esse decretum voluntum & efficax, quo Deus intendat, statuat, ac decernat dare gloriam quibusdam Angelis & hominibus, & quo illos eligat ad gratiam, & ad merita quae sunt media ad ejus affectionem necessaria, ut constat ex dictis articulo precedenti. Certum est etiam, ex parte intellectus divini requiri scientiam simplicis intelligentie, qua Deus dirigat in formandis suis decretis, & quae fini possibiliter, & mediorum ad illum conducentium efficaciam & causalitatem demonstret. Ostendimus etiam in Tractatu de scientia Dei, scientiam medium, futurum voluntatis nostrae consensem indagarem ac explorarem, ad prædestinationis negotium non esse necessariam; & de hoc iterum redibit sermo ista, quando agemus de certitudine prædestinationis, ejusque concordia cum libertate creatura. Unde ad duos tantum actus præsens difficultas devolvitur. Primus est actus voluntatis qui executionem immediate præcedit, & appellatur usus. Secundus est actus intellectus qui electionem subsequitur, & vocatur imperium. Quæ, rur ergo primo, an ad negotium prædestinationis, præter electionem, seu decretum intentionis, quo Deus intendit dare gloriam prædestinationis, & gratiam ac meritā quibus illam consequuntur, sit necessarius in voluntate Dei alius actus, qui usus activus, seu decretum executionis, appellari solet, ut talia media executioni mandentur; Secundo dubitatur, an præter judicium regulans electionem, & illam antecedens, necessarium sit in divino intellectu imperium regulans usum & executionem.

In quo tres reperto sententias. Prima utrumque actum in Deo negat. Secunda primum admittit, & alterum rejicit. Tertia utrumque ad negotium prædestinationis necessarium esse existimat. Priman tuerit Vazquez hic disp. 83. cap. 3. & 1. 2. disp. 47. cap. 2. Secundam defendit Suarez lib. 1. de esentia prædestin. cap. 14. Tertia vero communis est in Schola Thomistarum, eamque tenent ex Patribus Societatis, Bellarmine lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 9. Gratiado Tractatus 5. disp. 6. sect. 1. Herice, Ruiz, & alii; cum quibus

Dico primum: Præter electionem mediiorum ad ordinem intentionis spectantem, requiritur in voluntate Dei decretum executivum de iisdem mediis, ab electione aliqua ratione distinctum. Hanc conclusionem primò statuo, quia ex istius actus necessitate pendet necessitas imperij di-

stincti à judicio regulante electionem.

Probatur ergo primò conclusio ratione fundamentali. Omnis actus in voluntate nostra reportus concedi debet voluntati divina, si in suo formaliter conceperū imperfectionem non involvat: Sed datur in voluntate nostra usus ab electione distinctus: Ergo iste actus debet divinā voluntati concedi, & pro negotio prædestinationis admitti. Major patet: nam de rebus divinis, & de actibus divini intellectus & voluntatis, debemus philosophari juxta ea quæ videmus in rebus creatis, seculis imperfectionibus. Minor autem quam negat Vazquez ubi suprā, contendens in voluntate creatura non dari usum ab electione distinctum, probatur primo ex D. Thoma 1. 2. quest. 16. art. 1. ubi docet usum esse actum voluntatis moventis & applicantis potentias anima ad suos actus. Et art. 4. in corp. ait quod usus sequitur ad electionem. Et in resp. ad 1. quod mediat inter electionem & executionem. Et quæst. 17. art. 3. ad 1. sic habet: Post determinationem consilij, quo est judicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei per quod agendum est quod eligitur; & tunc deum voluntas alicuius accipit uti exequendo imperium rationis.

Secundò probatur eadem Minor ex doctrina quam tradit idem S. Doctor locis citatis, præcipue quæst. 26. art. 4. in corpore, ubi docet voluntatem duplē habitudinem ad volitum dicere: unam secundum quod est in voluntate per quandam proportionem, & alteram ad volitum habendum realiter; & quia ad primam spectat electio, & ad secundam usus, infert usum esse post electionem. Ex qua doctrina potest hæc formari ratio contra Vazquem. Actus coniungens voluntatem cum volito solū affective, distinctus est essentialiter ab actu conjungente voluntatem cum volito ut realiter habito: At electio solū primo modo conjungit voluntatem cum volito, nam ex vi illius volitum non habetur in re: usus autem realiter eam conjungit cum volito, cum ex vi illius potentia exequentes applicentur, & effectus statim sequatur: Ergo electio & usus essentialiter distinguuntur.

Confirmatur: Actus habentes idem objectum materiale, sub diversis rationibus inspectum, essentialiter distinguuntur: Sed electio & usus idem objectum materiale, sub diversis rationibus inspiciunt: Ergo essentialiter distinguuntur. Major constat in intentione, fruitione, & simplici complacentia, quæ licet circa finem versentur, quia tamen illum sub diversis inspiciunt rationibus, essentialiter distinguuntur. Item hæc conclusio, Terra est rotunda, prout attingitur per medium mathematicum pertinet ad Astrologiam, & prout demonstratur per medium physicum, seu a materia singulari abstractum, spectat ad Philosophiam, ut docet S. Thomas suprā quæst. 1. proemial art. 1. ad 2. Minor autem probatur. Licit electio & usus terminentur ad media, tendunt tamen in illa sub diversis rationibus, nam media ad finem duplicitate considerari possunt, primò ut effectus in genere cause finalis in ordine intentionis, secundò ut causa illius in ordine executionis: cum autem electio ad ordinem intentionis pertinet; usus vero ad ordinem executionis; hinc sit quod electio terminetur ad media prout sunt effectus finis, quocirca ad finem non terminatur nisi tantum ut quo, prout est ratio appetibilitatis mediiorum; usus autem terminatur ad media, prout sunt causa

causa finis in ordine executionis; & ideo terminatur ad finem non ut causam, sed ut effectum: Ergo electio & usus idem objectum materiale sub diversis rationibus inspiciunt.

31 Probatur secundo conclusio ex dicendis disputatione sequenti. In sententia D. Augustini, & S. Thomae datur electio ad gloriam, omnino liberalis, prævisionem meritorum præcedens, & voluntas ejusdem gloriarum, merita prævisa supponens; & consequenter non liberalis, sed ex justitia, ut ostenderemus disputatione sequenti: At nisi iste duplex actus voluntatis divinae circa gloriam, quorum alter spectat ad ordinem intentionis, & alter ad ordinem executionis, distinguatur in Deo, hoc non potest subsistere, ut ex ibi dicendis constabit: Ergo hoc duplex decretum, intentionis & executionis, ab æterno debet in divina voluntate constitui.

Dico secundum: Præter judicium regulans electionem, constituendum est in Deo imperium, regulans usum & executionem.

32 Probatur primò conclusio ex illis verbis Psalmi 148. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Et ex illo Genesis 1. Fiat lux, & facta est lux, & vidit lucem quod esset bona &c. Quæ verba Augustinus libro imperfecto de Genesi ad litteram cap. 5. intelligit de actu divini imperii, & ait: In eo quod dixit, imperium ejus intelligitur: in eo quod factum est, potentia: in eo quod placuit, benignitas.

Probatur secundò ex D. Thoma quæst, prædicti art. 1. ubi ait: Præcipere de ordinandis in finem, competit Deo, & secundum hoc convenit ei ratio prudentia & providentia. Et in hac quæst. art. 4. in corp. Providentia (inquit) est ratio in intellectu existens, præceptiva ordinations aliorum in finem.

33 Probatur tertio conclusio: Præter decretum electivum pertinens ad ordinem intentionis, datur in voluntate Dei decretum executivum, ut præcedenti conclusione ostendimus: Ergo præter judicium antecedens electionem, & eam regulans, debet admitti in Deo aliis actus intellectus, qui supponat electionem, & ad eam subsequatur, & regulet usum & executionem, qui non potest esse alius, quam actus imperii. Consequentia patet: nam ad multiplicationem virtutalem actuum voluntatis in Deo, necessariò debet etiam multiplicari virtualiter actus intellectus, cum diversus actus voluntatis indigeat diversa direzione intellectus.

34 Confirmatur: Quia præter intentionem finis datur in voluntate Dei electio mediorum, ab illa virtualiter distincta, admittitur in divino intellectu, præter judicium regulans intentionem, judicium regulans electionem, à præcedenti virtualiter distinctum. Ergo similiter si præter electionem mediorum, datur in voluntate Dei aliis actus virtualiter distinctus, pertinens ad ordinem executionis, debet pariter in intellectu divino recognosci actus imperii, supponens electionem, & regulans usum & executionem.

35 Denique suadeur conclusio: In Deo est prudentia respectu actuum liberorum, sicut & aliae virtutes intellectuales & morales, quæ in suo conceptu nullā includunt imperfectionem: Sed actus proprius prudentia, ut dissert ab eubulia, synesi, & gnome, est imperium monasticum respectu propriarum actionum: ut docet S. Thomas, 2. 2. quæst. 47. art. 8. ubi ait principalem actum prudentia esse præcipere. Et quæst. 5. art. 2. &

A 4. eubuliam & synesim à prudentia simpliciter sūpta distinguit, per hoc quod eubulia sit bene consiliativa, synesi benè judicativa; prudentia autem bene præceptiva. Quam doctrinam sumpsit ex Ar. totale 6. Ethic. cap. 9. ubi eubuliam docet esse rectitudinem consilii ad finem bonum simpliciter, per vias bonas, & tempore convenienter, deinde hæc verba subjunxit: Propter quod circa eadem quidem prudentia est & synesis, non est autem idem synesis & prudentia: prudentia enim quidem præceptiva est, synesis autem judicativa solum: Ergo in Deo recognoscendum est imperium monasticum respectu propriarum actionum, ad regulandum usum & executionem.

S. II.

Solvuntur argumenta in contrarium.

C Ontra primam conclusionem plura objicitur Vazquez, ad demonstrandum non dati in voluntate creatura usum ab electione distinctum: Sed quia hæc pertinent ad Tractatum de actibus humanis, ubi varie à nostris Thomistis dilutur & solvuntur; ideo illis omisiss, alia argumenta hic subiiciemus, ad probandum quod licet in nobis detur usus ab electione distinctus, in Deo tamen admittendus non sit.

Objicies ergo primò: Si daretur in Deo usus ab electione virtualiter distinctus, deberet ab æterno in Deo existere: Sed hoc non potest dici: Ergo nec illud. Major pater, nullus enim actus voluntatis divinae potest in tempore incipi, alioquin Deus mutaretur, ut constat ex dictis Tractatu præcedenti; Minor vero probatur. Usus est applicatio potentiae ad executionem & productionem creaturarum: At hac non est ab æterno, sed in tempore, sicut & ipsa rerum productio: Ergo &c.

Respondeo distinguendo Majorem: Debet ab æterno existere, quoad denominationem volentis, concedo Majorem. Quoad denominationem applicantis potentiam executivam ad opus, nego Majorem. Non enim est necesse quod actus voluntatis aut intellectus divini quod omnem denominationem aut formalitatem, ab æterno in Deo existant: nam imperium in quo consistit actualis executio, est sub denominatione dirigentis, æternum sit, sub denominacione tamen exequentis in tempore existit. Similiter etiam quamvis usus quoad denominationem volentis media prout exequibilia, sit ab æterno; quoad denominationem tamen applicantis potentiam executivam ad opus, existit tempore.

Objicies secundò: Ratio cur in nobis requiritur usus ab electione distinctus, est distinctione potentia exequentis ab intellectu & voluntate: Sed potentia exequens Dei, ne virtualiter quidem ab intellectu divino distinguitur, ut tener frequentior Thomistarum sententia, & nos docuimus in Tractatu de scientia Dei: Ergo usus ab electione distinctus in Deo necessarius non est.

Confirmatur, & magis explicatur hæc ratio: Actus quo Deus in tempore exequitur, est imperium ipsum, in sententia quam ibidem ut superior & probabiliorem amplexi sumus: Sed usus ad imperium sequitur: Ergo nequit ad executionem applicari, nec consequenter in Dei voluntate constitui.

Ad objectionem respondeo, quod licet in Deo non distinguatur adquæ potencia exequens ab

DE EXIST. ET ESSENTIA PRÆDESTINATIONIS.

9

A ab intellectu, distinguitur tamen inadæquate, vel saltem quoad munia; & hac distinctione sufficit ut ad ejus applicationem requiratur usus ab electione distinctus. Unde ad confirmationem, distinguit Majorum. Est imperium, quoad munus dirigens, nego Majorum. Quod minus exigentis, concedo Majorum. Et distinguo Minorem, sive sequitur ad imperium, ut dixiens, concedo Minorem. Ut exequens, nego Minorem, & Consequentiam,

Dices, Inter imperium ut dirigens & exequens, non est virtualis adæquata distinctione, sed vel inadæquata virtualis, vel solum quoad munia. Ergo nequit inter duas istas rationes media re alius voluntatis, virtualiter adæquata distinctione imperio, sub utraque ratione, qualiter necessarium est usum ab imperio distinguiri.

Sed nego Consequentiā, nam inter gratiam universalē, & ut justificantē, solū est distinctione actionis; & tamen medianter inter utrumque conceptum dispositiones ulimā, dissonantē unum, & supponentes aliud, ut docent Thomistae in materia de justificatione, & consequitū plenē Vaquez. Item intellectio ut dictio, solū ratione differt a seipso ut est contemplatio & tamen inter illos conceptus mediat verbum realiter distinctum. Denique paternitas dividit, ut forma hypostatica, inadæquate solū distinguitur a seipso ut referente; & tamen inter illam, ut constituentem personam, & referentem, mediat generatio, quā pro eo quod dicit in recto, virtualiter adæquata ē paternitate distinguuntur, ut ostendens Tractatu sequenti. Non debet ergo inconveniens censi, quod inter imperium divinum ut dirigens, & ipsum ut exequens, mediet usus adæquata distinctionis ab illo, etiā inter illos duos conceptus sola inveniatur inadæquata distinctione.

Argumenta quā militant contra secundam conclusionem, & quā probant, præter judicium regulans electionem, non dari in Deo nec in nobis imperium regulans usum & executionem, Tractati precedentis proposita sunt, & soluta, & de hoc iterum erit agendum in Tractatu de artibus humanis, ubi de prædicto actu imperii fuisse differunt & disputant nostri Thomistæ contra Recentiores.

ARTICULUS III.

An, & in quo actu intellectus essentia prædestinationis consistat.

Examinatis auctib⁹ ad negotium prædestinationis ex parte voluntatis & intellectus divini requisitis, restat investigandum in quo ex illis essentia prædestinationis consistat: circa quod duo occurruunt difficultates, breviter hic relolvend⁹. Prima est generalis, an scilicet prædestinationis consistat essentialiter in actu intellectus, aut voluntatis, vel utriusque simul? Secunda specialis: supposito enim quod prædestinationis formaliter & essentialiter in actu intellectus sit, adhuc restat discutiendum, an talis actus sit iudicium regulans electionem, vel imperium regulans usum & executionem?

Prima sententia docet essentiam prædestinationis in actu voluntatis eligēris aliquos ad gloriam, & media ad ejus consecutionem: conno-

Tomus II.

A tando tamen ordinem ad intellectum ordinantem, & conferentem media inter se & cum fine, formaliter consistere. Ita Vaquez disp. 87. ca. 3. & plures alii ex Recentioribus, sequentes Scotum, D. Bonaventuram, Gregorium & Aureolum in t. dist. 4. In quam etiam sententiam ut probabiliorē inclinat Suarez lib. I. de essentia prædestinationis cap. 17.

Secunda in utroq; actu essentiam prædestinationis ex quo constituit. Pro qua referuntur A. lensis, Agidius, Marfilius, Petrus de Tarantasia; & ex Recentioribus, eam ut probabiliorē amplexetur Heric, pro illa referens Molinam & Beccanum.

Tertia quā est communis in Schola D. Thomæ, in actu intellectus adæquata essentiam prædestinationis consistere docet; licet supponat & connotet actu voluntatis, qui est electio mediorum ad finem. Ita Capreolus, Ferrarensis, Cagitanus, Bannez, Gonzales, Alvarez, & alii quos referunt & citant Salmanticenses, & Joannes à S. Thoma: eamq; etiam tenent ex Patribus Societatis Bellarmin⁹, Granado, Ruiz, & alii quos supra citavit: quamvis aliqui ex illis in judicio regulante electionem, Thomistæ verò in imperio regulante usum & executionem, essentiam prædestinationis constituant.

S. I.

Resolvitur prima difficultas, & prædestinationem in actu intellectus, non autem voluntatis formaliter consistere demonstratur.

Dico primò: quamvis prædestinationis actu voluntatis præsupponat & connotet, essentia litteriter tamē & in recto, in actu intellectus cōsistit.

Prima pars conclusionis est certa, eamq; Adversariorum argumenta inferiū subjiciēda student; & insuper potest probari ex eo quod prædestinationis est libera & efficax ordinatio, quā per convenientia & efficacia media Deus destinat seu transmittit creaturam rationalem in vita æternam: At nulla ordinatio ad intellectū pertinens: est per se libera, & efficax ad aliquem effectum, sed solū ut conjuncta divina volitione & electione: quia cū voluntas in agente intellectuā lī sit primum liberum, & primum mōvens quod ad exercitium, est prima radix totius libertatis & efficacitatis quae in actibus intellectus reperitur: Ergo prædestinationis actu voluntatis præsupponit & connotat. Addo quod prædestinationis, ut infra dicemus, essentia litteriter cōsistit in actu imperii: At imperium actu voluntatis (mediorum scilicet electionem, ex qua habet efficaciam) supponit & connotat: Ergo & prædestinationis.

Probatur ergo secunda pars, de qua solū est difficultas & controversia. Primo quia prædestinationis est pars providentia, est enim perfectissima providentia, quā creaturā rationalis ad æternam beatitudinem efficaciter ordinatur: Sed providentia, licet supponat & connotet actu voluntatis, essentia litteriter cōsistit in actu intellectus, ut fūse ostendit Tractatu precedentis: Ergo & prædestinationis. Hanc rationem tangit D. Thomas quest. 6. de verit. art. 1. his verbis: *Sicut providentia cōsistit in actu rationis, sicut & prudentialiter pars, ed quod solius rationis est dirigere vel ordinare, ita etiam prædestinationis in actu rationis cōsistit dirigēre & ordināre in finem.*

Secundò probatur ex Augustino de bono per-

B fe-

DISPUTATIO PRIMA

10

Leverantia cap. 14. ubi ait: *Hec prædestinatione sanctorum, nihil aliud est quam præscientia & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur qui cumque liberantur.* At præscientia ad intellectum pertinet, ut per se est manifestum; & etiam præparatio non passi ut patiatur, sed agentis ut agat, ad intellectum spectat; ut expressè docet D. Thomas quæst. 6. de veritate art. 1. ad 8. & 12. Et in hac quæstione art. 2. ad 3. ubi sic ait: *Duplex est præparatio, quedam pertinens ut patiatur, & hec præparatio est in præparato; alia est agentis ut agat, & hec est in agente; & talis præparatio prædestinatione est, prout agens per intellectum dicitur se præparare ad agendum, in quantum præconcipit rationem operis faciendi.* Ergo prædestinatione non in actu voluntatis, sed intellectus, essentialiter & in recto consistit,

Nonique suadetur eadem pars. Prædestinatione essentialiter est ordinatio creature rationalis ad gloriam: quo circa D. Thomas illam definens ait esse transmissionem creaturæ rationalis in vitam aeternam, & prædestinati in scriptura sacra. *Præordinati appellantur: juxta illud Actorum 13. Crediderunt quosque erant præordinati ad vitam aeternam.* Sed ordinare ad intellectum pertinet, & non ad voluntatem: Ergo & prædestinatione Major patet, Minor vero probatur multipliciter. Primo ex Aristotele 2. Metaph. cap. 2. dicente quod *Sapiens est ordinare: quare opus naturæ dicitur opus intelligentiæ, ratione ordinis reperti in illo.* Idem docet D. Thomas quæst. 6. de veritate art. 1. in corpore ubi ait: *sicut rationis est d'rigere & ordinare.* Et 2.2. quæst. 8.3. art. 1. probat orationem esse actum intellectus, quia consistit in quadam ordinatione inferioris ad superiorem.

Secundò, Ordinare unum ad aliud, est unum cum alio conferre: Sed collatio unius cum alio, ad intellectum practicum spectat, sicut ad speculativum illatio unius ex alio: Ergo ordinare ad intellectum pertinet & non ad voluntatem.

Tertio, Ordo rerum, secundum quod à principio egrediuntur, & inter se invicem collocantur, pertinet ad artem: qua est habitus intellectus, ut docet D. Thomas quæst. 5. de veritate art. 1. ad 9. Ergo ordinare rerum in finem, qua ad providentiam spectat, ut ibidem ait S. Doctor, soli auctui intellectus competere potest.

Quarto, Ordinare aliquid in finem, idem est quod dirigere illud in finem: Sed directio in finem ad intellectum spectat, & non ad voluntatem, qua cum sit potentia cœca, non potest alias dirigere, sed ab intellectu dirigi debet: Ergo idem quod prius.

Denique, Ordinare pertinet ad superiorem, ut constar in rebus humanis: nam dux in exercitu ordinat quid à militibus agendum sit, Princeps in republica, quid vasalli facere debeant, Prælati in Religione, quid subditi debeant operari: Sed intellectus in homine est suprema potentia, & nobilior voluntate, ut docent Thomistæ in libris de anima: Ergo ordinare ad intellectum pertinet, & non ad voluntatem, qua solum habet ex quo ordinationem rationis, volendo unum propter aliud; quod non est formaliter ordinare, sed ordinare ab intellectu præstitum sequi & supponere, ut eruditè expendit Cajetanus 1.2.q.17. art. 1. unde si objectum sine ordine proponatur, absque ordine etiam à voluntate appetitur.

49 Dices, Habitus charitatis in voluntate reli-

A det, & tamen ordinatus est, cum ex impetu & ordinatione illius, actus aliarum virtutum finem charitatis attingant, & meritum faciant: ut docet D. Thomas 1.2. quæst. 1. i. 4. art. 4. ex quo 2.2. quæst. 2.3. art. 4. infert charitatem esse formam virtutum, quia scilicet ordinatus actus illorum ad finem, qui in moralibus obtinet rationem formæ.

Respondeo habitum charitatis esse ordinatum motivè: hoc est movendo intellectum, ut per fidem, vel per prudentiam infusam, ordinatus aliarum virtutum in finem supernaturalem: non talem elicitive, hoc est eliciendo actu ordinatum formaliter.

Dico secundò: Prædestinatione non importat B ex aequo actum intellectus & voluntatis, sed ad æquatè consistit in actu intellectus, connotando solum in obliquo actu voluntatis.

Hæc conclusio patet ex jam dictis: nam prædestinatione, ut supra dicebamus, est pars propriae providentiae autem non importat ex quo actuum intellectus & voluntatis, sed essentialiter consistit in actu intellectus, connotando solum in obliquo actu voluntatis: ut ostendimus Tractatu præcedenti, & expressè docet D. Thomas quæst. 5. de veritate art. 1. ubi ait: *Providentia includit scientiam & voluntatem, sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculativa, sed practica.*

Addo quod prædestinatione, ut dicemus conclusio sequenti, essentialiter consistit in actu imperii: Sed actus imperii est elicitive à solo intellectu, quamvis supponat electionem & motionem voluntatis, earumque connotet in obiquo, ut docet S. Thomas 1.2. quæst. 17. art. 1. s. p. & prædestinatione.

Addo etiam, quod Augustinus supra relata ait, prædestinationem nihil aliud esse quam præscientiam & præparationem, quorum utrumque ad intellectum pertinere monstravimus: Ergo actus voluntatis non constituit, etiam inadäquate, prædestinationis essentiam, sed in obliquo solum & de connotato in ea importatur: ut constat etiam in prudentia, omnipotencia, & aliis virtutibus, & attributis, ad quæ necesse est exguntur actus utriusque potentie, & tamen exillis non conflantur in recto, sed in actu unius in recto consistunt, altero ingrediente tantum de connotato.

Secunda difficultas expeditur. Supposito quod prædestinatione essentialiter in actu intellectus & non voluntatis consistit, restat discutiendum, at talis actus sit iudicium regulans electionem, quo de mediiorum convenientia judicatur, vel ipsum imperium supponit electionem, & regulans usum & executionem: manifestum est enim, prædestinationem in predicto regulante electionem ad gloriam non possit confitere, quia iudicium illud non est de modis ad finem prædestinationis ordinatis, sed de fine prædestinationis, prædestinatione autem in efficaci mediiorum ordinatione consistit. Unde D. Thomas quæst. 5. de veritate art. 1. ad 2. hoc statuit: discrimen inter scientiam practicam & providentiam, quod illa est non solum de mediis, sed etiam de fine, providentia autem solum est de media ut ordinatis ad finem. Et quæst. sequenti art. 1. in corpore & in resp. ad 2. idipsum affirmat de prædestinatione, & docet quod illa supponit electionem ad gloriam: quod etiam assertit hic art. 4. Tota ergo difficultas procedit de iudicio regu-

DE EXIST. ET ESSENTIA PRÆDESTINATIONIS.

1

regulante electionem ad gratiam, & media ad gloriam efficaciter conduceantia; & de judicio pratico talem electionem subsequente, quod imperium appellatur. Pro cuius decisione Dico tertio: Prædestinationem non consistere in judicio regulante electionem, quo de mediiorum convenientia judicatur, sed in judicio pratico subsequente electionem, quod imperium vocatur.

Hac conclusio est expressa D. Thomæ quæst. præcedent art. 1, ad 2. ubi ait: *Precipere de ordinanda in finem, competit Deo, & secundum hoc convenit ratio prudentia & providentia.* Et in hac qualitate. 4. dicit quod prædestinationis est pars providentia: sicut & prudentia, est ratio in intellectu existens, preceptiva ordinationis aliquam in finem. Quibus verbis rationem fundamente nostræ conclusionis insinuat: Nam prædestination, ut pote providentia, consistit in adiutori principali prudentiae. Sed talis actus (ut ex Anthonio & D. Thoma vidimus art. præcedenti) est imperium: Ergo in actu imperii essentialiter consistit prædestination.

Poterea, Prædestinationis est ordinatio efficax mediiorum quibus electi infallibiliter vitam æternam consequuntur. Sive, ut ait Augustinus super relatus, est preparatio mediiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur: Sed judicium electionis regulans, estis ordinatio de mediis, non tamen est efficax ordinatio de his mediis determinata, cum adhuc illo posito liberum sit Deo, non solum in sensu diviso, sed etiam in sensu composito, hæc aut illa media in ordine ad gloriam eligere: Ergo in prædicto actu essentia prædestinationis consiliter nequit: unde cum illa in actu intellectus consistat, & non possit confundere in judicio regulante electionem ad gloriam, ut supra ostendimus, restat ut consistat in judicio pratico subsequente ad electionem, & regulante usum & executionem, quod obtinet rationem imperii.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Prædestination, cum sit efficacissima, & omnino infallibilis, si in aliquo actu divini intellectus formatur consilium, debet consilire in illo qui est omnium efficacissimus: Atqui actus judicii antecedens electionem non est talis, sed solum actus imperii ad illam subsequens, & regulans usum & executionem: Ergo non in illo actu, sed in illo prædestination essentialiter consistit. Major pars, minor vero simul declaratur & probatur. Nam intellectus per judicium præcedens electionem, judicat tantum de convenientia mediiorum in ordine ad opus, unde ille actus explicatur per modum indicativi, ut si dicamus, *bolum est hoc facere, vel hoc est conveniens facere,* & pertinet ad illam habitudinem quam dicit voluntas ad finem per modum intentionis & affectus, & non ad eam quæ tendit in finem per modum executionis & causalitatis: unde in se non habet efficaciam ad executionem operis, nisi tandem radicaliter: posito enim judicio de convenientia mediiorum, potest non sequi effectus, ob difficultatem executionis. Imperium autem superadgit quandam intimationem rei exequendæ, movendo ad hoc quod fiat, & explicatur per modum imperativi, ut sic dicatur, *fac hoc;* pertinere quæ habitudinem quæ voluntas tendit in finem per modum executionis & causalitatis, quapropter itane imperio efficaci, non fiat non sequi operationem & executionem mediiorum:

Tom. II.

A Ergo imperium est actus intellectus practici omnium efficacissimus, ac proinde in illo inventur omnia ad constituendam essentiam prædestinationis necessaria. Est enim ratione sui ratio ordinis mediiorum in finem, cum ad intellectum practicum ordinatio pertineat; & est efficax in virtute electionis præcedentis, actus enim voluntatis præcedens, virtualiter clauditur in actu subsequenti: quod judicio electionem præcedenti petere nequit. Licet enim illud sit ordinatio mediiorum in finem, caret tamen efficacia, quam non potest habere ab electione subsequente; quia unus actus non dat efficaciam alteri, nisi vel influat in ipsum, vel in eo virtualiter permaneat: ad quod requiritur quadam antecessio, seu prioritas, saltem virtualis, quam non habet electio respectu judicij a quo regulatur, sed solùm respectu imperii ad illam consequentis, quo regulatur usus & executio operis.

§. III.

Solvuntur obieciones.

Objicies primò contra primam conclusio-
nem. In Scriptura prædestination appellatur
propositum, electio, & dilectio. Matth. 22.
Multi sunt vocati, pauci vero electi. Ad Ephes. 1.
C Elegit nos in ipso. Et infra. Prædestinavit secundum
propositum voluntatis sua. Ad Rom. 9. Jacob dilexit:
Sed propositum, dilectio, & electio, sunt actus
voluntatis: Ergo prædestinationis essentia in
actu voluntatis consistit.

Confirmatur primò: Damascenus lib. 2. de
fide cap. 9. dupliciter definit prædestinationem,
dicit enim quod prædestinationis est rerum procuratio
quæ Deus fungitur. Et rursus, Providentia est volun-
tas Dei, per quam res omnes aptè congruerterque
gubernat: Ergo prædestination, quæ est quædam
providentia, est actus voluntatis. Item Augustinus
de prædest. Sanct. cap. 15. prædestinationem
nominat, propositum miserendi. Et tandem D.
Thomas in Opusculo de prædest. cap. 1. ait:
Quamvis prædestination supponat actum cognitionis,
nominat tamen actum voluntatis eligentis, ad ea quæ
sola gratuità voluntate conferuntur.

Confirmatur secundò: Prædestination essentialiter est ille actus divina mentis, quo Deus destinat hominem ad gloriam: unde prædesti-
nationem idem sonat ac præcedens destinatio, ut no-
tat D. Thomas quæst. de verit. art. 1. Sed actus
destinandi, essentialiter est actus voluntatis, ut
pote decretum & propositum Dei: Ergo & præ-
destination.

E Ad objectionem respondeo cum Divo Tho-
ma loco citato in response ad primum. Quod
quia in actionibus animæ, precedens actus includit
ur quoddammodo virtute in sequenti, & quia præ-
destination presupponit electionem, qua est in actu
voluntatis, ideo in ratione prædestinationis aliquid
includitur ad voluntatem pertinens, & proper
hoc propositum, & alia ad voluntatem pertinentia,
in definitione prædestinationis quandoque ponuntur.
Et in resp. ad 2. ait: *Prædestination non est idem*
quod electio, sed presupponit eam, & inde est
quod prædestinati, etiam electi dicuntur. Addo
quod sicut prædestination in Scriptura, inter-
dum nominibus pertinentibus ad voluntatem
significatur, ita &ce nominibus ad intellectum
speciantibus explicatur: ut ad Roman. 11. Non
repulit Deus plebem suam quam præsivit, id est

B 2 præ-

prædestinavit, ut explicat Augustinus de dono A
periferantia cap. 17. Et 2. ad Timoth. 2. Firmū
fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, novit
domini qui sunt eius. Non potest ergo ex Scriptura efficaciter probari quod essentia præde-
stinationis in actu voluntatis aut intellectus con-
ficitur, sed hæc quæstio determinanda est discursu
Theologico, & ex principiis Philosophia
moralis, ex quibus conatur providentiam, ac
proinde prædestinationem, quæ est ejus pars,
esse formaliter ordinationem mediiorum, arque
ad eò dicere in recto actum intellectus practici,
& in obliquo actum voluntatis.

61 Ad primam confirmationem eodem modo
respondeatur. Et ad D. Damascenum, dico quod
sollicitudo & cura quam ponit in prima definitione,
non est actus voluntatis, ut perperam in-
telligit Vazquez, sed actus intellectus, qui est
imperium seu præceptum, ut expressè fecerit D.
Thomas 2.2. quæst. 47. art. 9. dicens hanc solli-
cititudinem esse partem prudentiae quæ in intel-
lectu residet. Et in solutione ad 1. art. quod in
præcepto & directione rationis sollicitudo con-
sistit. In secunda autem definitione actum voluntatis
ponit, vel quia ad prædestinationem præ-
supponitur, vel in illa virtualiter clauditur, ju-
sta dicta, & idem dico ad D. Augustinum.

62 Locus D. Thomas difficultius explicatur. Plu-
res dicunt illum mutasse sententiam: quod agre-
sustineo, nisi quando ipse fuit Præceptor Ange-
licus expressè aliquam sententiam refractar. Verius
dici potest, opusculum illud D. Thomas
non esse: tum quia inter alia opuscula non inven-
tur: tum etiam quia in Romana editione, quæ
cateris præferenda est, in illius operibus non
habetur, sed reperitur solum in fine primæ par-
tis, Lugdunensis impressionis, factæ anno 1552,
ubi ab aliquo studioso fuit interferrum. Potest et-
iam responderi verba prædicti testimonii intel-
ligi de actu cognitionis, respectu futurorum,
quorum præscientia ad prædestinationem sup-
ponitur, ut docuit D. Thomas 3. parte quæst. 1.
art. 3. ad 4. illorum scilicet (interpretate Cajeta-
no) quæ non causantur per prædestinationem.
Non autem de scientia præparativa mediiorum
quibus finis prædestinationis obtinetur. Poste-
riora autem verba interpretari possumus de
denominatione præsupposita & virtuali.

94 Ad secundam confirmationem negatur Mi-
nor: Nam licet definitio connotet actum vol-
luntatis, formaliter tamen est ordinatio mentis,
per quam concipit agens ipsam rationem operis
faciendi, ut explicat D. Thomas hic art. 2. ad 3.
Unde si prædestination significat aliquando pro-
positum exequendi talem ordinationem, est
minus proprie.

Objicies secundò contra eandem conclusio-
nem, In illo consistit essentialiter prædestinationis,
quo posito, & secluso quocumque alio, Petrus
v.g. consequitur gloriam, & sine quo, quocum-
que alio posito, eam non consequitur; gloria
enim est effectus præcipius prædestinationis:
Sed talis est actus voluntatis divina; sicut enim
impossibile est aliquem consequi gloriam sine
voluntate Dei efficaci, ita repugnat quod Deus
velit eam efficaciter aliqui conferre, & quod il-
lam non consequatur. Ergo in actu voluntatis
prædestinationis consistit essentialiter.

Confirmatur primò: Prædestinationis, & provi-
dentia generalis quæ Deus providet etiam re-
probis auxilia sufficientia ad salutem: solum di-

stinguuntur in hoc quod prædestinationis includit
voluntatem efficacem dandi gloriam, provi-
dentiam vero generalis includit rancum ineffi-
ciam: Ergo cum idem sit constitutivum & distin-
ctivum res, prædestinationis in actu voluntatis
consistit.

Confirmatur secundò: Prædestinationis &c. &
probatio ad eandem potentiam pertinent: Sed
reprobatio est actus voluntatis, ideo detrac-
tio & odium Dei, iuxta illud ad Roman. 9. 14.
eb̄ dilexi, Esau autem odio habui: Ergo & præde-
stinationis.

Ad objectionem, concessa Majori, nego Mi-
norem. Si enim per impossibile Deus haberet
solum actum voluntatis conferendi Petro glo-
riam, nec ex tali actu voluntatis subsequenter
actus imperii illum efficaciter ad gloriam ordi-
nans, de facto Petrus eam non consequeretur.
Unde ad probationem in contrarium, dico quod
non stare D. dum efficaciter velle aliqui gloriam,
nisi ea in suo tempore efficaciter consequatur;
quia ex vi illius volitionis efficacis, tanquam ex
prima radice sequitur actus imperii, qui est effi-
cax ordinationis mediiorum in finem vita extre-
ma. Unde hoc argumentum solum probat præde-
stinationem initiativæ & radicaliter consistere
in actu voluntatis, & illum in ejus essentia im-
portari, saltem præsuppositivæ, & de conve-
to, ut antea declaravimus.

Ex quo etiam patet responsio ad primam
confirmationem. Respondeatur enim verum esse
prædestinationem distinguere à communis præ-
dilectione, per hoc quod includit de comitatu &
actu efficacem divina voluntatis conferendam
media efficacia ad consecutionem finis; ex hoc
tamen non infertur quod essentialiter consistat
in actu voluntatis, sed tantum quod consistat in
actu intellectus, connotante efficacem volitionem,
& eam in virtute continentem.

Ad secundam, concessa Majori, nego Mi-
norem: Nam sicut approbat, cum sit quedam
examinationis simul cum iudicio rationis, ad intel-
lectum pertinet, ita & reprobatio. Unde D.
Thomas hic art. 2. docet quod illa est pars pro-
videntiae, sicut & prædestinationis: providentia au-
tem, ut ostendimus Tractatu præcedenti, ad in-
tellectum pertinet. Nec oblat quod Apostolus
reprobationem, odium; & prædestinationem
dilectionem appelleret: his enim nominibus ap-
pellatur ad significandum, quod utraque actu
voluntatis supponit, ut supra vidimus ex D. Tho-
mas. Sic idem S. Doctor 1.2. quæst. 13. art. 1. ad 1.
docet electionem collatione appellari, non quia
essentialiter collatio sit, sed quia collationem
factam per intellectum supponit. Et qu. 16. art. 1.
ad 1. art. Augustinum afferre quod ut est refer-
re, non quia usus essentialiter est ordinatio, sed
quia tendit in objectum per rationem ordinati.

Objicies tertio contra secundam conclusio-
nem. De conceptu prædestinationis non solum
est ordinatio, sed etiam efficacia & motio quadam
exercitum: At efficacia & motio ad voluntate
spectat, sicut ordinatio ad intellectum: Ergo de
essentia prædestinationis in recto, non solum est
actus intellectus, sed etiam actus voluntatis,

Respondeo ex supra dictis: Motionem voli-
tavam esse à voluntate, motionem autem ordina-
tivam ab intellectu in virtute præcedentis actus
voluntatis, ut docet D. Thomas locis supra citati.
De essentia autem prædestinationis non est
motio appetitiva, sed ordinatio motiva, & ideo
est

et ab intellectu ad quæ ut eliciente; à voluntate auctem solum remorè originaliter, & antecedenter.

⁷² Dices: *Esse volitum ita est proprium voluntatis, ut nullo modo intellectui communicari possit.* Ergo etiam esse motivum quoad exercitium.

Sed nego Consequentiam & paritatem. Ratio dicimus est, quia ratio volitivi est substantia actis voluntatis; efficacia autem motiva, non substantia, sed modus eius: unde sicut libertas, tam et voluntati tributatur ut primo principio, adhuc tamen intellectus ex subordinatione ad voluntatem communicatur, quia illa est quidam mox illius; ita ob eandem rationem intellectus efficacia motiva communicari potest, licet et volitivilli communicari nequeat.

⁷³ Objetus quartus contra ultimam conclusionem D. Thomas 2.2. quest. 49. art. 5. ad 3. ait: *In subordinatione ad finem que includitur in ratione prudentie, importatur rectitudo consilij, & judicij, o propositi.* Ergo iuxta D. Thomam, providentia & consequenter prædestinationis non consistit ad aperte in imperio, sed etiam in consilio & iudicio regulante electionem.

⁷⁴ Respondeo rectitudinem consilii & judicij importari in ordinatione, in qua providentia consistit, non constitutive & formaliter, sed virtutaliter & presuppositivè: tum quia sine illis rectitudo imperii subsistere nequit: tum etiam quia in actibus animæ ordinatis, præcedens clausus virtualiter in sequenti. Unde ut docet D. Thomas quest. 5. de verit. art. 1. ad finem corporis, *Inprudentia quodammodo includitur, & voluntas que est de fine, & cognitio finis:* quia scilicet uterque actus ad illam supponitur.

⁷⁵ Objetus ultimò contra eandem conclusionem. Prædestinationis est causa suorum effectuum: Sed imperium subsequens electionem, non est causa effectuum prædestinationis: nam in vi decreti se electionis efficacis Dei, illi constituntur futuri: Ergo in imperio electionem subsequente prædestinationis non consistit.

⁷⁶ Confirmatur primò: Si per impossibile posita electione efficacis non sequeretur imperium, homines essent prædestinati, quia ex vi electionis infallibiliter gloriam consequerentur: Ergo antecedenter ad illud salvatur prædestinationis silentia.

⁷⁷ Confirmatur secundò: Illud imperium cum supponatur decretum efficacis divinæ voluntatis, eq; initiatum, non est scientia simplicis intelligentia, sed visionis eorum quae ad finem prædestinationis conductum: At scientia visionis suum objectum non causat, sed causatum supponit: Ergo imperium subsequens electionem, non causat prædestinationis effectus, ac proinde in illo prædestinationis non consistit.

⁷⁸ Ad objectionem, concessa Majori, nego Minorem. Ad cuius probationem distinguo Antecedens: Constitutum futuri, inchoative, & in ordine intentionis, concedo Antecedens. Complete, & in ordine tam intentionis quam executionis nego Antecedens & Consequentiam. Sicut enim in sententia Suarisi, & aliorum qui admittunt in Deo potentiam executivam, ab intellectu & voluntate virtualiter distinctam, ex hoc quod electio divina voluntatis sit efficax, non sequitur ex vi illius rem electam constitui complete futuram, ita ut necessarius non sit concursus potentia exequentis, quæ est posterior ipsa

A eo quod solum in suo ordine illam futuram constituit; ita nec in nostra sententia sequitur, necessarium non esse concursum imperii divini, sed solum colligitur illud cum efficaci electione esse infallibiliter connexum.

Ex quo patet solutio ad primam confirmationem: Dato enim illo impossibili, solum inchoative homines essent prædestinati, non vero formaliter; nec in illo casu gloria consequerentur, sed solum esset gloria inchoative futura, non tamen completere, nec executioni foret mandanda: quia ad executionem & productionem rerum non sufficit electio, seu decretum intentionis, sed praeterea requiritur usus activus, seu decretum executionis, & consequenter imperium illud dirigen, ut constat ex dictis articulo precedentibus.

B Ad secundam, concessa Majori, distinguo Minorem. Scientia visionis suum objectum non causat, sed causatum supponit: quando est pure speculativa, concedo Minorem. Si sic eminenter speculativa & practica, nego Minorem & Consequentiam. Vel secundò distinguo eandem Minorem: Scientia visionis suum objectum non causat, sed duplicative ut visionis est, transeat. Ut est practica, & approbationis, nego. Utraque solutio latè fuit exposita in Tractatu de scientia Dei.

80

Diss. 3.
art. 2.
& 3.

ARTICULUS IV.

C An prædestinatione sit pars subiectiva vel obiectiva divinae providentiae?

§. I.

Referuntur sententia, & vera eligitur.

C Ommunis consensus Theologorum est prædestinationem esse partem providentiae. Ita D. Thomas in 1. dist. 40. quest. 1. art. 2. & qu. 6. de veritate art. 2. Quare tota difficultas est in explicando quomodo sit pars, & an comparetur ad illam tanquam pars subiectiva, id est ut inferioris esse tantum ad superiorius, ita quod providentia sit sic dividitur in quatuor vel quinque attributa virtualiter distincta: scilicet in providentiam naturalem, supernaturalem generalē, prædestinationem, reprobationem & providentiam ordinis hypothatice; eo ferè modo quo virtus moralis in Deo dividitur in misericordiam, justitiam, liberalitatem, &c. tanquam in diversa attributa, virtualiter inter se distincta. Vel solum sit pars obiectiva illius, ita ut una & eadem providentia virtualiter indistincta attingat illos tres ordines, natura, gratia & unionis hypothatice, & solum ratione diversorum objectorum materialium ad quæ se extendit, diversa nomina sortiatur. Sicut scientia licet sit unicum attributum virtualiter indistinctum, dividitur tamē in scientiam simplicis intelligentia & visionis, approbationis & improbationis, &c. per ordinem ad diversa obiecta materialia ad quæ terminatur, ut in Tractatu de scientia Dei declaravimus.

E Prima ergo sententia docet prædestinationem ab aliis providentiæ partibus distinguiri attributis, sicut distinguuntur intellectus & voluntas, vel scientia & amor, & consequenter comparari ad providentiam ut sic, tanquam partem subiectivam illius. Pro hac sententia refertur Soto super Epistolam ad Romanos, cap. 9. Illam insinuat Molina quæst. præcedenti art. 2. disp. 2. & pro-

81

art. 3.

B ba

babilem reputat Suarez libro 1. de prædestinatione cap. 15. eamque expresse docet Heric disp. 22. cap. 7. Hanc etiam docuisse S. Thomam locis suprà citatis afferunt Vasquez disp. 87. ca. 5. & Alarcon Tractatu 4. disp. 1. cap. 5. num. 10. Sed falluntur, nam in his locis illam ne leviter quidem insinuat S. Doctor, sed solum dicit prædestinationem esse partem divinae providentiae: quomodo autem sit pars, ibidem non explicat, sed solum art. 1. hujus quest. ubi ait: *Prædestinatione quantum ad obiecta, est quedam pars providentiae.*

Unde

83 Secunda, & vera sententia, quæ in Schola Thomistarum communis est, aferit providentiam Dei esse unicum attributum, virtualiter indistinctum, & dividi in providentiam naturalem, supernaturalem generalem, prædestinationem, reprobationem & providentiam ordinis hypothetici, tanquam in diversas partes objectivas, & per ordinem ad diversa connotata materialia. Ita Cajetanus, Barnezz, Nazarius, & alii, quo referunt & sequuntur Salmanticenses, cum quibus

Dico primum: Providentiam Dei esse unicam, simplicissimam, & virtualiter indistinctam, subindeque prædestinationem non esse partem subjectivam illius, nec ad illam comparari ut inferius essentiale ad superius univocum vel analogum.

Probatur conclusio ratione fundamentali. 84 Unitas aut diversitas providentiae desumitur ex fine ultimo intento ab ipso provisore, & non ex finibus particularibus rerum provisarum. Sed tantum est unus intentus a Deo in providentia omnium rerum: Ergo tantum est una providentia. Major patet, tum ex D. Thoma 2.2. quest. 50. distingue providentiam regalem, militarem, & economicam, ex diversis finibus provisoris, & non ex finibus intermediis & particularibus rerum provisarum. Tum etiam, quia providentia regalis & monarchica apud homines est unica in specie atoma, quia respicit omnia sub ratione unius finis universalissimi, qui est bonum totius regni. Addo, quod si unitas aut diversitas providentiae, ex finibus particularibus rerum provisarum de fumeretur, tot essent providentiae specie distinctæ, quod sunt fines particulares rerum, distincti secundum speciem; & alia esset providentia secundum speciem pro animalibus, alia pro cœlis, alia pro hominibus; quod nullus unquam dixit. Minor autem probatur: Finis Dei ultimus in productione, conservatione, vel mutatione omnium rerum, est communicatio sua bonitatis, & manifestatio sua gloria: juxta illud Pauli 1. ad Corinth. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Quo loco intendit Apostolus, quod omnia creata & creanda in mundo, sunt propter electos, electi propter Christum, & ultimè omnia propter gloriam Dei: Sed iste finis, ut patet, est unusquis: Ergo est unusquis finis in providentia omnium rerum a Deo ultimè intentus.

85 Confirmatur primò: Etsi effectus per omnipotentiam producuntur plures, omnipotentia tamen est una, absque virtuali discrimine, prout ad omnes extenditur; quia omnes convenient in ratione communi creabilis, quæ est objectum quæ si formale omnipotentiæ Dei. Similiter quamvis plura scientur a Deo, scientia Dei est una, ex eo quod omnia sub eadem ratione scibilis adueniuntur, scilicet essentia divina, quæ est Deo ra-

tio objectiva sciendi creaturas. Item quamvis factibilia per diuinam artem sive plura, quia tamen omnia sub ratione factibilis convenient, ratio artis non multiplicatur virtualiter in Deo. Deniq; lex æterna una est, virtuale in distinctionem exclusens, ut docet D. Thomas 1.2. quest. 95. art. 1. quia licet plura sint quæ jubet & prohibet, omnia tamen ordinantur ad bonum commune, ad quod lex dirigit per modum regulæ. Ergo pariter, quamvis plura provideantur a Deo, quia tamen omnia adunantur in ordine ad finem communem (ostensionem scilicet bonitatis Dei, & divinae gloriae manifestacionem) providentia Dei una erit, absq; virtuali discrimine.

Quod potest magis declarari & confirmari: B Sicut lex æterna dirigit per modum regulam, ita providentia per modum ordinantis: At licet regulata per legem æternam diversa sint, & fines particulares inter se differant, quia tamen omnia adunantur in ordine ad bonum universale, cadung sub eadem lege virtualiter indivisiib; Ergo quamvis ordinata in finem providentia, inter se distinguantur, & particulares fines diversos inspiciant; quia tamen omnia adunantur in ordine ad finem universalissimi provisionis, providentia erit una.

Confirmatur amplius: Licet idea multiplicetur in Deo, quia significatur ut objectum intellectus, sive ut id quod à Deo intelligitur, ars etenim & scientia non multiplicantur, quia significatur ut id quo Deus intelligit, ut docet D. Thomas suprà quest. 15. art. 2. ad 2. At providentia significatur non per modum objectum intellectus, sed ut id quo Deus practice intelligit & ordinat de agendis in finem: Ergo est una, nequid formalicer, sed etiam virtualiter.

Dico secundo: Prædestinationem esse partem objectivam providentiae divinae.

Probatur breviter: Ideo Tractatus de celo verbi gratiæ, est pars objectiva Philosophia naturalis, quia cum eius objectum sit ens mobile in sua latitudine, Tractatus de celo agit de quodam mobili in particulari, sub ente mobili, ut de contento particulariter: Sed divina providentia ad omnia providenda se extendit, secundum ordinem quem dicunt ad finem, ostensionem scilicet attributorum Dei; prædestinatione vero solum erga media efficaciter ad gloriam conducientem versatur, quæ sub ratione medi ordinabilis ad finem illum universalissimum, ut partes continentur: Ergo est pars objectiva divinae Providentiae.

§. I III.

Solvantur obieciones.

Obiecione primæ: In Deo sunt plures species relationum realium, scilicet paternitas, filiatio & spiratio. Plures species virtutum moralium: nempe misericordia, justitia, liberalitas, mansuetudo, &c. Plures ideas specie diversa, ut colligitur ex D. Thoma supra quest. 15. art. 2. Quidam ergo etiam poterunt in illo admitti plures providentiae virtualiter inter se distinctas?

Confirmatur primò: Virtutes morales non descendunt suam entitatem & specificationem à fine ultimo ad quem ab operate ordinantur, sed à fine proximo quem in immediate recipiunt, ut docent Theologi in Tractatu de virtutibus. Ergo licet providentia finem ultimum provisoris re-

DE EXIST. ET ESSENTIA PRÆDESTINATIONIS.

15

spicere, non sequitur illam esse unicum attribu-
tum virtualiter indistinctum.

³¹ Confirmatur secundò: Quæ sunt diversi ordi-
nūs, essentialiter, aut saltem virtualiter distin-
guuntur: unde Deus ut author naturalis, virtualiter
distinguitur à seipso ut et author superna-
turalis: Sed providentia naturalis & prædestina-
tio sunt diversi ordinis: Ergo saltem virtualiter
distinguuntur.

Ad objectionem respondeo, concessō Ante cē-
dente, negando Consequentiam & paritatem:
Nam relations pluriflicantur in Deo ob diver-
sam oppositionem propter quam realiter distin-
guuntur quæ oppositio non inventur inter pro-
videntiam & prædestinationem. Virtutes mora-
les virtualiter in Deo distinguuntur, quia illæ
enfificantur à fine ultimo quem ex parte o-
penitentia & imperativa respiciunt, sed ab objectis
propriis justitia à jure unicuique servando, mis-
ericordia alienā miseris sublevanda, &c. quæ
cum sunt objecta diversa formaliter, specificant
virtutes realiter in nobis distinctas, & in Deo
virtualiter, quatenus justitia divina respiciit Dei
dignitatem prout continet objectivè honestatē
pudicitate & misericordia divina bonitatē
Dei attingit, prout est ratio sublevandi alienam
miseriam. Providentia autem quia virtus est or-
dinaria universalissimi provisoris, finem uni-
versalissimum respicit, à quo accipit unitatem
in eum formalem, sed etiam virtualiem.

Deniq; ut colligitur ex D. Thoma suprà qd.
15, art. 2, ad 2. Inter ideam & providentiam no-
table intercedit discriminem. Nam providentia se
tenet ex parte Dei providentis & intelligentis,
& significatur ut id quod Deus practicè intelli-
git & ordinat de agendis: unde cum divino in-
tellectu commentari debet quoad unitatem
in modo attingendi proprium objectum, ac pro-
inde sic intellectus divinus absq; virtuali
diversitate sufficiente ut dicantur plures intel-
lectus in Deo omnia attingit quæ sub objecto pró-
prio continentur: ita providentia, absq; virtuali
diversitate ad omnia se extendit, quæ compre-
henduntur sub ratione ordinabilis in finem in-
spectum ab illa. Idea verò se tenet ex parte ob-
jecti intellecti, & significatur ut id quod a Deo
intelligitur: unde non cum intellectu, sed cum
objecto proportionatur quoad unitatem vel di-
versitatem; atq; adeò cum objecta a Deo intel-
lecta plura sint, plures etiam datur idea in Deo.

Ad primam confirmationem dicendum quod
licet aliquæ virtutes morales specificantur in
nobis à fine proximo: ut justitia, misericordia,
clemensia, &c. Tamen dantur aliquæ, quæ ex
propria ratione habent respicere finem ultimi-
um, & ab illo unitatem & specificationem de-
sumuntur: charitas, providentia regalis, &c. forti-
tiori providentia divina.

Ad secundam distinguo Majorem: Quæ sunt
diversi ordinis ex parte ejus quod in recto & for-
maliter dicitur, distinguuntur saltem virtualiter
concedo Majorem. Quæ sunt diversi ordinis ex
parte ejus quod de connotato & materialiter
important, nego Majorem. Unde ad Minorem
respondeo providentiam divinam non esse di-
versi ordinis à prædestinatione, ex parte formali-
ter importari, sed tantum ex parte materialis
connotati quæ eriam ratione, Deus ut author su-
pernaturalis, non distinguitur virtualiter à seip-
sou author naturali, quia hac distinctione solùm
pertinet ex parte diversorum effectuum quos

A producit, & non ex parte ipsius omnipotentia.

Objicies secundò: Pars subjectiva dicitur illa
qua addit aliquid supra rationem communem
& superiorē: Sed prædestination addit aliquid
supra providentiam generalē, scilicet effica-
ciam mediorum, & consecutionem finis, ut infra
dicemus: Ergo est pars subjectiva, & non tantum
objectiva divina providentia.

Respondeo distinguendo Majorem. Quæ ad-
dit aliquid se tenens ex parte rationis formalis,
concedo Majorem. Se tenens solum ex parte ob-
jecti seu connotati materialis, nego Majorem.
Similiter distinguo Minorē, & nego Conse-
quentiam. Itaque non omnis additio ad aliquid
facit partem subjectivam, sed additio ad ratio-
nem formalem & per se. Nam intellectus pra-
cticus addit aliquid supra intellectum, scilicet
ordinem ad operationem, & tamen non est pars
subjectiva illius, quia ratio practici se tenet tan-
tum ex parte objecti materialis intellectus, non
autem ex parte objecti formalis. Item scientia
visionis vel aprobacionis in Deo, addit aliquid
supra scientiam ut sic, scilicet præsentiam
objecti in mensura propria vel superiori æterni-
tatis, & decretum seu beneplacitum divina vol-
luntatis; & tamen non sunt partes subjectiva, sed
objectiva tantum divina scientia. Cum ergo ef-
ficacia mediorum & consecutio gloria, quæ ad
id prædestinatione supra providentiam generalē
non sunt aliquid se tenens ex parte rationis for-
malis divinae providentia, quæ est respicere fi-
nem ultimum simpliciter ipsius provisoris, præ-
destinatione non est pars subjectiva, sed tantum
objectiva divinae providentia.

Objicies tertio contra secundam conclusionē:
Partes objectiva alicuius virtutis vel habitus,
sunt eiusdem rationis & conditionis: Sed præ-
destinatione non est eiusdem conditionis ac aliæ par-
tes divinae prævidentiae: Ergo non est pars ob-
jectiva illius. Major constat: nam conclusiones
Theologicae v.g. quia sunt partes objectiva
habitū Theologici, procedunt ex principiis
fidei, & nituntur divinae revelationi virtuali.
Minor vero probatur: Prædestinatione importat
infallibilem finis consecutionem, quam non di-
cunt aliæ partes divinae prævidentiae: ut constat
in reprobatione, quæ est quedam prævidentia
quæ versatur circa res quæ nunquam conse-
quentur sicut finem: Ergo prædestinatione non est
eiusdem conditionis & rationis, ac aliæ partes
divinae prævidentiae.

Respondeo partes integrales vel objectivas ali-
cujus virtutis vel habitus, debere esse eiusdem
conditionis essentialis, non tam semper requiri
ut sunt eiusdem conditionis accidentalis: hoc au-
tem quod est consequi infallibilitate finis rei pro-
visae, non est conditio essentialis, sed tantum acci-
dentalis divinae prævidentiae ut sic, quæ solum re-
spicit essentialiter finem ultimum ipsius provisoris:
scilicet gloriam Dei, & divinorum attributorum
manifestationem, & hunc semper consequitur,
ac proinde in illo omnes ejus partes semper co-
veniunt:

ARTICULUS V.

Corollaria notata digna:

E X dictis in hac disputatione colliges primò:
Prædestinationem recte sic definit ab Au-
gustino libro de dono persever. cap. 14. Prede-
stinatione.

DISPUTATIO PRIMA

*statio est præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur. In qua definitione, nomine præscientia non debet intelligi scientia media, ut contendunt ejus defensores: Tum quia D. Augustinus illam exclusit ac reprobavit, non solum quantum ad abusum, sed etiam quantum ad substantiam, & docuit quod Deus prædestinatione sua ea præscivit que fuerat ipse facturus, & quod si futura nostra bona opera præscivit, utique prædestinavit: ut Tractatu de Scientia Dei fuisse expendimus. Tum etiam quia Scientia media, cum sit purè speculativa, non potest dare infallibilitatem & efficaciam necessariam prædestinationi, ut infra ostendemus. Nomine ergo præscientia intelligitur scientia Dei practica, seu approbationis, divina voluntatis decreto nixa, quæ non supponit, sed facit rerum existentiam & futuritionem, & ad quam pertinet actus divini imperii, in quo prædestinationis essentiam consiliter demonstravimus. Additur *Preparatio*: ut per hoc nomen magis declaretur, quod prædestinatione non est quæcumque præscientia seu cognitio, sed cognitio practica, seu actus imperii quo media ad salutem & vitam æternam conductuunt præparantur, ac executioni mandantur. Subiungitur *Beneficiorum Dei*: hoc est donorum, seu bonorum quæ Deus prædestinatis confert, inter quæ non solum numeratur gratia habitualis quæ justificantur, sed etiam actualis quæ excitantur, movere & adjuvantur ad bene operandum, ipsaque bona opera quibus gloriam æternam promerentur, ac magnum perseverantia donum, quod ut dicit Tridentinum l. 6. cap. 13. Aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est, eum qui stat faciunt ut perseveranter stet, & eum qui cadit restituere. Et tandem ipsa gloria, quæ beneficiorum Dei maximum est, & ultimus, ac præcipuus divina prædestinationis effectus. Denique dicit Augustinus: *Quibus certissimè liberantur quicumque liberantur*, ut declaret vim & efficaciam in tristis auxiliorum gratia, quibus electi ad æternam beatitudinem infallibiliter perducuntur; & significet, prædestinationem non nisi tantum mediis ex se fallibilibus, & moraliter tantum excitantibus, & quæ ex sola præscientia futuri consensus habeant certitudinem & efficaciam, ut docent defensores scientia media, sed auxiliis ex se efficacibus & ex infinita divina voluntate & omnipotenti virtute & efficacia descendantibus: ut enim inquit ipse Augustinus de prædest. Sanct. capite decimo. *Quando Deus promisit Abrabam fidem & conversionem Gentium, non de nostra voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit: promisit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines; quia etiæ faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse tamen facit ut ille faciant quæ præcepit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit, &c.**

*Colliguntur secundo: optimam etiam esse prædestinationis definitionem à Divo Thoma traditam hī articulo primo ubi ait: *Prædestinatione est ratio transmissionis creature rationalis in vitam æternam*. Prima particula ponitur loco generis, & denotat prædestinationem, sicut & providentiam, esse actum divini intellectus, ut supra ex eodem sancto Doctore monstravimus. Aliæ vero designant triplicem differentiam, quæ (ut infra ostendemus) inter prædestinationem, & generalē providentiam reperitur. Prima se reitet ex parte subjecti, creature scilicet rationa-*

A lis, quæ sola est capax beatitudinis. Secunda ex parte finis, scilicet vita æterna, à prædestinatione inspecta. Tertia sumitur ex efficacia & infallibilitate mediorum, quibus electi ad finem illum infallibiliter transmuntur & perduntur: quæ omnia clare patet ex dicendis corollario 4.

*Colligeretur tertio: Spuriam ac illegitimum est hanc prædestinationis definitionem quam tradidit Molina hic art. 1. disp. 1. *Prædestinatione est ratio ordinis seu mediorum in Deo, quibus prævidetur rationalem perducendam in vitam æternam, cum proposito eundem ordinem exequendi*. Nam præterquam quod haec definitio longissima est, & propter ea non parvum vitiofa, illa tacite inculcat scientiam medium, quia dicit esse ordinem mediorum quibus Deus prævidet, non autem dicit quibus Deus preparat creaturam rationalem prævisio autem mediorum, sine preparatione in Deo facta, est scientia media. Augustinus autem dicit, quod prædestinatione est præscientia & preparatio beneficiorum Dei, & non solum præscientia. Præterea cum scientia media sit ad summum quæstio problematica, & sub litigio, & disputatione Theologorum relata, eam in descriptione prædestinationis inserere, eiusq; definitionem præscientiæ illa futuri nostri consensu exploratrice in facilius, est velle res dubias disputabiles, voluntaria definitione terminari.*

C *Colliges quartum: Inter prædestinationem, providentiam plura reperi possunt discrimina. Primum est, quod subiectum prædestinationis est sola creatura rationalis; providentia autem subiectum est omnis creatura: quia illa respicit beatitudinem supernaturalem, cuius capacitas in sola creatura rationali invenitur; ista vero quoque effectus ab omnipotentiis productus, quorum alia creature sunt capaces.*

Secundum est, Quod prædestinatione respicit nem superexcedente facultatem rationalis creaturæ: Providentia autem superexcedentiam finem non petit, sed circa quemlibet finem, sive naturalem, sive supernaturalē versatur, media ad illum ordinando, ut docet D. Thomas hic art. 1. & qd de ver. ar. 1. in corp. cuiusverba statim referuntur.

D *Præterea difficultas est & controversia inter Theologos, an prædestinatione à providentia distinguatur, per hoc quod illa est infallibilis, non solum quod ordinem mediorum in finem, sed etiam quod actualiter ipsius consecutionem: ita vero solum petat infallibilitatem ordinis, non vero aseccutionis finis. Partem negativā tenent Cajetanus & Barneze quæst. prædestinationis. 1. & Alvarez li. 4. de auxil. disp. 3. & sequenti, assertentes providentiam divinam non solum quod ordinem mediorum, sed etiam quod actualiter finis consecutionem, esse infallibilem. Sententia tamen affirmativa quam tenuerunt Capreolus in 1. dist. 40. quæst. 1. art. 1. Ferrariensis 3. contra Gent. capite 94. Nazarius quæst. prædestinationis articulo 1. Gonzales & Marcus Serra videtur verior, & doctrinæ Divi Thomæ conformior. Nam S. Doctor quæst. 6. de verit. art. 1. in corp. duplice prædestinationis à generali providentia differentiam exponens, sic ait: *Prædestinatione quantum ad duo à providentia differt: providentia enim dicit universaliter ordinacionem in finem, unde se extendit ad omnia quæ à Deo in finem aliquem ordinantur: sive sint rationabilia: sive irrationalia, sive bona, sive mala. Prædestinatione autem respicit tantum illam finem quæ est pri-**

DE EXIST. ET ESSENTIA PRÆDESTINATIONIS.

principali rationali creature, ut pote gloriam: & id est principia rationis creatura, ut pote gloriam: & eorum quae sp̄e-
pradestinationis non est nisi ordinis, & eorum quae spe-
ravit ad salutem. Differat etiam alio modo: In qualibet
unum ordinationem ad finem est duo considerare, scilicet
ipsius ordinem, & existim vel eventum ordinis: non enim
omnis qui ad finem ordinantur, finem consequuntur:
providentia ergo ordinem in finem respicit tantum, unde
per Dei providentiam omnes homines ad beatitudinem
ordinantur: sed prædestinationis respicit etiam exitum vel
eventum ordinis, unde non est nisi eorum qui gloriam
consequuntur. Idem docet in I. dist. 40. q̄est. 1.
ut in corp. & ibidem ad Annibaldum q̄est.
voicant. Ergo ex mente D. Thomæ, de con-
ceptu ratione providentia non est infallibilis
huius rebus seu consecutionis finis, bene ta-
mentationis prædestinationis.

B Item veritas hac ratione suadetur: Reprobi
per generalem providentiam ordinis superna-
turalis ordinantur ad gloriam, tisque conferun-
tur vel factem offertur at Deo auxilia suffici-
entia quibus illam adipisci possunt, & Tractatus
precedenti ostendimus. At reprobi gloriam
nunquam consequuntur: Ergo de ratione gene-
ralis providentia non est infallibilis consecratio
huius quem creatura ordinatur.

Confirmatur: Providentia efficaciam accipit
et voluntate finis quam supponit: Ergo sicut
ab ipse imperfectione constituitur in Deo du-
plex voluntas respectu finis ad quem homines
ordinantur: una antecedens & inefficax, quā
vult omnes homines salvos fieri; altera conse-
quentis & efficax, quā solum vult prædestinatos
salvati, ut loco citato demonstravimus. Ita et
iam ab ipse imperfectione duplex providentia
in Deo admitti potest: quarum una sit efficax, &
altera inefficax ad finis consecutionem; & con-
sequenter de ratione omnis providentia non
est consecratio finis particularis ad quem Deus or-
dinat creaturam. Dixi, Finis particularis, quia omni-
ne providentia habet annexam aliquis finis
consecutionem: in omni enim providentia
Deus suam bonitatem, vel justitiam, aliaque at-
tributa ostendit; manifestatio autem attributo-
rum est finis ultimus à providentia impeditus;
omnis tamen providentia non infert infallibili-
tatem consecutionem finis ad quem ipsa creatura
ordinatur, ut constat in reprobatione, quae est
quādam providentia quam Deus habet circa
alios homines, qui nunquam aeternam beatitu-
dinem consequuntur.

Dices: D. Thomas q̄est. præcedenti art. 4. ad
1. ait in hoc est immobils & certus divina providentia
ut quod ea que al ipso providerit, curia eveniunt eo
modo quo ipso providerit, sive necessaria, sive contingenter.
Et in tresp. ad 3. afferit quod Divina providentia non
debet a suo effectu nec a modo eveniendi quem providerit.
Et contra Gentes cap. 94. docet ordinem di-
vine providentie immutari non posse, & pro-
videntia non posse a suo effectu castigari. Ergo
juxta D. Thomam, de ratione providentiae est
infallibilitas non solum ordinis mediorum ad
finem, sed etiam eveniūs consecutionis finis.

C Respondeo primò cum Ferrariensi, ubi suprà:
D. Thomam loquitur sensu permisivo, quatenus
providentia in aliqua sui parte, nempe in
prædestinatione, habet annexam utramque in-
fallibilitatem ordinis & eventus; non autem
quod de conceptu providentiae ut sic sit utraque
infallibilitas. Vel secundò dicatur cum eodem
ibidem: quae à Deo provideritur, non esse finem,
sed medium: nam licet finis in executione sit effe-

A ctus providentiae, non tamē est immediate
provisus ab illa, sed effectus mediorum quæ or-
dinantur ad finem: circa media autem immu-
tabilis est divina providentia, & quoad hoc
verum est illam nunquam frustrari vel castigari,
nam eo ipso quod provideat de mediis, infalli-
biliter illa poterit in esse: quia tamē ali-
quando confert media tantum sufficientia, ali-
quando vero efficacia, consequens fit quod non
semper annexam habeat finis consecutionem; &
sic intelligendum est id quod de providentia
Dei canit Ecclesia: Deus cuius providentia in sui di-
positione non fallitur.

B Instabis: Ad perfectissimam providentiam 108
spectat non solum ordinatio mediorum, sed
etiam finis consecratio: Atqui providentia Dei in
summo gradu perfectionis existit: Ergo de ra-
tione illius non solum est ordinatio mediorum,
sed etiam finis consecratio.

Respondeo ex eodem Ferrariensi, distingui-
endo Majorem. Ad perfectissimam providen-
tiā, supponēt voluntatem finis conse-
quentem & efficacem, concedo Majorem. Sup-
ponēt voluntatem finis inefficacem & an-
tecedentem, nego Majorem. Unde cū provi-
dentia Dei generalis non supponat voluntatem
consequentem, sed solum antecedentem de sa-
lute omnium hominum, ut suprà diximus, quam-
vis sit per se & illa non debet tamen habere in-
fallibilitatem annexam ipsius si quis coheret; sicut
prædestination, quæ supponit voluntatem
consequentem & efficacem circa salutem ele-
ctorum.

C Urgebis: Voluntas consequens mediorum 109
non potest oriiri nisi ex voluntate consequenti
finis; sicut electio efficax mediorum necessario
supponit efficacem intentionem finis; Sed pro-
videntia Dei generalis supponit voluntatem
consequentem mediorum, cum sit efficax ad il-
lorum positionem, eaque de facto ponat &
conferat: Ergo illa supponit voluntatem conse-
quentem & efficacem finis, & non solum ante-
cedentem & inefficacem.

Respondeo distinguendo Majorem. Volun-
tas consequens mediorum efficaciam ad finem,
non potest oriiri nisi ex voluntate consequenti
finis, concedo Majorem. Voluntas consequens
mediorum tantum sufficientem, nego Major-
em, & sub eadem distinctione Minoris, nego
Consequentialiam: quia providentia inefficax
ad finem, non supponit voluntatem consequen-
tem mediorum efficaciam, sed tantum suffi-
cientem.

Ex dictis etiam in hujus disputationis decur-
su facile intelliges, quomodo sint ordinandi
actus divini intellectus & voluntatis, ad præde-
stitutionis negotium pertinentes. Nam sicut in
nobis antequam aliquem finem consequamur,
debet primò præcedere cognitio finis. Secundò
ejus intentio. Tertiò actus consilii de mediis eli-
gendi. Quartò iudicium, ius sententia quā ju-
dicatur quæ media sint utilia, quæ inutilia. Quintò proponuntur media voluntati ut eligat.
Sextò voluntas eligit quæ sibi magis placent. Se-
ptimò juxta D. Thomam suprà relatum, intellectus
imperat executionem mediorum. Octavò
voluntas applicat potentias executivas, qui a-
ctus vocatur usus activus. Deinde sequitur ex-
ecutio, seu usus passivus. Idem proportionaliter,
& seclusis imperfectiōibus in Deo reperitur.
In primis enim Deus scientia simplicis intelli-
gentia

C

gentis cognovit omnia possibilia, & inter ea cognovit tres ordines rerum: scilicet natura, gratia, & unionis hypostatica, secundum quos potuit se communicate. Cognovit etiam omnia media quibus potest obtineri quilibet finis proprius istorum ordinum; & inter alia cognovit naturam & virtutem auxiliorum efficacium ordinis gratiae, & inaffabilem connexionem quam sine laetione libertatis habent cum actibus liberis pro quibus conferuntur. Supposita ista generali cognitione, secundum intelligentiam Deum voluisse ostensione sue bonitatis, secundum communicationem illius triplicis ordinis, taliter tamen ordinatam, quod prius voluerit Incarnationem, & inter alia pro gloria Christi voluit beatificare aliquas creaturas rationales; & licet beatitudinem illarum voluerit, ut medium respectu gloriae Christi, illam tamen voluit ut finem utriusque ordinis naturae & gratiae. Tertio, quia istam beatitudinem voluit efficaciter aliquibus ex creaturis rationalibus, & non aliis, quod est diligere & eligere eas, ut explicat D. Thomas huc art. 4. id est tunc intelligitur quasdam creaturas rationales præ aliis dilexisse & elegisse ad beatitudinem. Præterea, quia media perducentia illas creaturas ad beatitudinem, poterant esse diversa. Quartò judicavit bonum esse illas ad eam perducere per ista media determinata, & non per alia; & tunc quinquè voluntas Dei acceptavit & elegit ea. Sexto intellectus divinus ex motione voluntatis imperavit illa executioni mandari, post quem actum fuit in voluntate divina usus actus, seu decretum executivum de mediis in tempore exequendis, & tandem in tempore facta executio. Cum autem Deus sit actus purissimus, & omnis potentialitas, & compositionis expers, hi actus non possunt distinguiri realiter, aut formaliter, sed tantu' virtualiter, vel per ordinem ad diversa objecta & connotata materialia ad quæ terminantur: quo etiam modo se invicem præcedunt, & habent rationem prioris & posterioris, ut alibi expolamus.

DISPUTATIO II.

De causis prædestinationis.

Ubis fons Nili erumpat, quæ prima tanti fluminis origo? tot curiosi scrutatores, frustrato semper labore inquisierunt; ut inter adūata & impossibilia, olim proverbialiter jaēaretur, fontes Nili invenire. Unde egregiè Lucanus lib. 10.

Ariani natura caput non prodidit ulli:
Nec licet populi parvum te Nile videre,
Amovitque sinus, & Genes maluit ortus
Mirari, quām nōs tuos.
Sed longè altior & secretior est divinæ prædestinationis origo, & unde fluat fluminis illius imperus, qui lætitat civitatem Dei, unde inquam hoc divinæ gratiæ flumen oriatur, difficile est explorare; nec ejus origo sciri potest, nisi ab eodem spiritu, qui solus abditissi nos divini cordis recessus scrutatur. Ejus ergo revelationi humiliter insistentes, divinæ prædestinationis causas & originem, juxta Scripturæ Sacrae, SS. Patrum, præsertim Augustini & Thomæ, dogmata nunc inquitimus.

Porrò hic non agimus de omnibus causis prædestinationis, nam taliis confit ex dictis, solum Deum esse causam efficientem illius, manifestationem divinarum perfectiorum, causam finali. Ac cum diuina imperii transmittentur creaturam inselle etialem in finem virtutem, causam formalem. Et tandem creaturam rationalem, sive intellectualem, esse causam materiali, sive materiam circa quam illa versatur. Unde hic solum disputandum erit de causa motu prædestinationis, & discutendum, an illa sit divina bona, & gratitudo ejus dicitur circa electos, vel præscientia futorum meritorum?

ARTICULUS I.

An electio efficax prædestinationis ad gloriam sit purè gratuitæ, & merita praædicta antecedat, & supponat?

Hec celebris controversia non procedit de prædestinatione secundum suam rationem essentiale, considerata, & prout importat etiam divini imperii, in quo super ostendunt essentiam prædestinationis consistere, id est, la, prout dicit electionem efficacem salvandorum, quæ ad actum imperii præsupponitur. Ille de consulto diximus in titulo hujus articuli: electio efficax prædestinationis ad gloriam est.

S. I.

Premittuntur quæ apud omnes sunt, & referuntur sententia.

In hac questione duo certa & indubitate tenenda sunt, & aliud in controversiam revocatur. In primis de fide certum est, & in multis Conciliis contra Pelagianos definitum, electionem hominum ad primam gratiam & rationem, esse omnino gratuitam, & a meritorum præscientia independentem, ut egredit demonstrat D. Augustinus cap. 15. de prædest. Sicutorum, exemplo Christi, qui cum sit nostra prædestinationis exemplar, prædestinatus est ad gratiam unionis, abique illis præcedendibus meritis, & ex sola gratuitate Dei electione & dilectione. Est (inquit) præclarissimum lumen prædestinationis & gratiae ipsi Salvator, ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui ut hoc esset, quibus tandem suis, reperire, vel fidere præcedentibus meritis, humana quæ in illo est comparavit? Respondetur quod ille homo ut a Verbo Patri coetero in unitatem perfici assumpsit, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit. Quod ejus bonus qualecumque præcessit, quod ergo ante quid, credidit quod petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Et tandem circa finem cipiis, sic concludit. Sicut ergo prædestinatus est filius natus, ut caput nostrum esset, ita & multi prædestinatus, ut caput nostrum esset, ita & multi prædestinatus, ut membra ejus solum. Humanæ his meritis invenientur quæ perierunt per Adam, & regnus queritur Dei gratia per Iesum Christum Domum nostrum. Quibus in capite nostro preædedita merita singulariter illius generationis invenierit, ipse in nobis membra ejus, præcedentia merita multiplicata regnationsque. Neque enim retribuit aegi Christo illa generatio, sed misericordia. Sic & nobis ut ex aqua & spiritu renascimus, non retributum est pro aliquo merito, sed gratia trivit.